



**De memoria artificiali quam memorativam artem vocant. :
Opusculum rarum ac insigne, totius eius negotij rationem,
mira industria & breuitate complectens. ; item. De naturali
memoria, quomodo medicinae beneficio excitanda, augenda &
confirmanda, Capitis & cerebri bona contemperatione
roborationeq[ue], libellus studiosis omnibus utilissimus**

<https://hdl.handle.net/1874/451903>

DE MEMO-
RIA ARTIFICIALI QVAM
MEMORATIVAM ARTEM VO-
cant. Opusculum rarum ac insigne, toti-
us eius negotij rationem, mira in-
dustria & breuitate com-
plectens.

ITEM.

DE NATVRALI MEMORIA,
quomodo medicinæ beneficio excitanda, au-
genda, & confirmando, Capitis & cere-
bri bona contemperatione robo-
ratione, libellus studiosis
omnibus longe uti-
lissimus.

M. Gualthero, H. Ryff Medico Autore.

Cum priuilegio Regiæ Maiestatis,
Anno M. D. XLI.

HUMANISSIMO VIRO D^O
mino Bernhardo Bendero Ciui Rosto/
chiensi. Gualtherus. H. Ryff.
S. D. P.

QVO DIVTIVS AC LON/
ginquis alter ab altero seiungimur,
Bernharde humanissimæ, tu in inferi/
ori saxonia Daniæ uicinus, ego Alsatiæ, co/
magis atq; magis tui teneor desiderio. Nec
ulla mihi dies, imo nullum momentum præte/
rit, quin nō singularem benevolentiam, &cā/
dorem animi tui erga me, memoria mecum
repetam, Nec uolo tibi persuadeas, quen/
quā ex omnibus amicis te mihi chariorem, id
enim cum modestissimi tui mores, tum pluri/
ma & maxima beneficia, citro ultroq; mutua
pietate collata, iampridem facile præstiterūt.
Quod autem rarius post abitionē istinc me/
am ad te scripsерim, istud scilicet fuit in causa,
quod crebrius scribenti iamdiu nihil respon/
deris, quam culpam uel in temporū infelici/
tatē, uel in literarē interceptores reficio, adeo
de amicis semper optima conūcio. Quapropter
cum nunc certo compertum habeam, me/
assī non ocyssime saltem breui ad te literas p/
uenturas, nolui prorsus sine munusculo adie/
re. Quonam inquies: gēmmeo ne uel au/
reо?

reō: imo chartaceo, quod tamē nec gemmis
nec auro sua cedat nobilitate. Volumus enim
tedonare arte, & ea non uulgari, non trivialis,
non circa vnum aliquid obiectum occupa-
ta, sed arte artium omniū regina, quę nō mo-
do Philosophiam, sed omnis vite vsum, om-
nesq; artes vna maxime continet, qua du-
ce ad reliquas omnes scientias & artes facile
conscendes, ita, ut non modo in illis mediocre
disciplinam, sed & insignem doctrinam, rati-
onabiliter ualeas profiteri. Ea autem est ars
memoratūa, aut memorię artificium, cuius
e dignitas est ac præcellentia, ea certitudo, vt
se sola sufficieat infallibiliter cum omni secu-
ritate ac certitudine, errori omni amoto, de-
omnire ueritatem ac scientiam, sine difficulta-
te & labore inuenire nos faciat, insup̄ omnes
alias scientias sub se complectens. Quā tu uer-
luti Thesei filum secutus, & in authorū laby-
rinthis citra errorem versari queas, & ad eru-
ditionis summam celerius emergere. Insuper
huius scientię ea promptitudo est, & facilitas
vt multi qui in extrema senectute se ad lite-
ras contulere, hac arte freti paucis mensibus
in viros doctissimos euasere, ita hæc ars omnē
temporis indigentiam vincit & inopiam, quam
monis peritiores vocant, quod citra hanc

A n eloquency

eloquētiā nesciamus ullo modo affequi. Et
enim tanquam lumen aliquid est potentiae mi-
randae, subito enim uerusta ex longiore inter-
vallo, hac arte reuocata, ingerunt sese, atque ex-
hibent sponte, ut iure thesaurū dixeris in quo
omnes disciplinæ continentur. Hanc utilissi-
mam artem cum iamdiu apud me detinerem,
cogitabundus, cui eam digne dedicare deberē,
tu mihi protinus occuristi, hac ipsa digniss.
Accipe igitur fronte exorrecta, animum po-
tius quam munus respiciens, exile illud, ut me
is quidem uotis ita & meritis tuis impar mu-
nsculum, ueluti arrabonem, donec legitimū
persoluere concedatur, uale & hanc nostram
qualem cuncti opellam boni consule, mecum mu-
tuo semper amore complectere. Ex ædibus no-
stris Argentinæ, Anno M. D. XLI. Mense
Martio.

Artis

ARTIS MEMORATI¹ VAE PRAECEPTA.

JAM VERO TELAM NOBIS
(ut aiunt) exordientibus , prius de ipsius
memoriæ definitione , Et qua parte corporis
eius sedes collocata, deçq; eius artis inuentori-
bus paucis differendum esse censemus quo cir-
ca quantum ad rem attinet suinctim & breui-
ter omnia enucleabimus. Tradita est hactenus
non tam à nostri æui Philosophis, quām uetu-
lis illis, memoriæ definitio actioçp, perpul-
chre tamen in primis (ut mihi uidetur) à Lu-
douico illo Viue, ex Aristotelis facile Philo-
phorum principis sententia , qui memoriam
inquit esse facultatem animi, qua quis ea, quæ
sensu aliquo externo , aut interno cognouit,
in mēte continet. Itaq; actio huius tota est in-
trorsum conuersa, est enim memoria uelut pi-
ta tabula, quæ ut aspectu oculorum efficit
actum notitiæ, sic illa intuitu animi inteligen-
tis, aut cognoscentis, quæ notitia non est sim-
plex, nam consideratio est , quum inquirit &
scrutatur : recordatio uero, quum ad id per-
uentum est , quod uolumus . Est & in recor-
datione recultus, quum animus insistit in re-
cordatione rei alicuius , multum eam retrahit.

A ij etans

MEMORIAE

Etans cogitatione , & reuoluens , quod recolere nominatur . Quæ recordatio simplici gignitur intuitu animi in memoria , ea communis est nobis cum beluis : quæ autem sit per gradus quosdā & discursum a rebus , quæ ante animum obseruantur ad ea quæ subterfugent , hominis est propria , qui solus discutitur , reminisci a Philosophis nuncupatur .

Memoriæ sedem in occipitio esse a natura collocatam non est leuis coniectura q̄ posteriori parte lesa amittitur memoria sine offensione aliarū actionum . Compertum est enim amitti alium sensum interiorem sine alio in celebratissima illa pestilētia Attica , quæ grassa ta est initio belli Peloponessiaci in quibusdam qui reualuerunt tanta extitit obliuio ut nec suos nec seipso agnoscerent in his manserint apprehensio & aestimatio , sed amissa fuit memoria .

Memorię preterea duo sunt officia aut vires sicut & manus , apprehendere scilicet & retinere , apprehendunt quidem facile qui humido sunt cerebro , sed non diu heret , ita biliosi ad retinēdum sunt aptiores vbi semel apprehenderūt : Verū de hac re copiosius agemus cum de medicinalibus auxilijs mentionē faciemus . Nunc artificio prius memoriam instituenter . Quæ cum in plerisque fluxa & infirma esset

PRAECEPTA.

z

eret arte quidem adiuuari eam posse recte putarunt peritores. Constat & Ciceroni placuisse memoriam habere quiddam artificij & non omnem a natura proficiisci, qui hanc bifariam distribuit in naturalem & artificiosam. Naturalis est ea, quae nostris animis insita est, & simul cum cogitatione nata sedem habens ut diximus in posteriore cerebri parte. Artificiosa est eadem ipsa naturalis, præceptionibus quibusdam formata. Simonides Chius huius rei præcepta inuenisse perhibetur Poeta idemque Philosophus dicunt enim cum coenaret Grannone in Thessalia Simonides apud Scopam fortunatum hominum, & nobilem, cecinissetque id carmem, quod in eum scripsisset, in quo multa ornanda causa Poëtarū more in Castorem scripta & Pollucē fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium eius ei quod pactus esset pro illo carmine, daturum, reliquum a suis Tyndaridis, quæne laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo post esse ferunt nunciatū Simonidi ut prodieret, iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere euocarent, surrexisse illum ipsum, prodisse, uidisse neminem. Hoc interim spatio conclaue illud, ubi epularetur Scopas concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interisse, quos cum humare vellent.

A suis suis

MEMORIAE

sui, neq; possent obtutos internoscere ullo modo, Simonides dicitur ex eo quod meminisset quo eorum loco quisq; cubuissebat, Demosthenes in ius cuiusq; sepeliendi fuit. Hac tamen re admonitus inuenisse fertur, ordinem esse maxime, qui memoriae lumine afferret. Itaque ihs qui hanc partem ingenij exercerent, locos esse capiendos, & ea quae memoria tenere uellent, effingenda animo, atque in his locis collocanda: sic fore ut ordinem rerum, locorum ordo conseruaret: res autem ipsas, rerum effigies notaret, atque ut locis pro cera, simulachris pro literis uteremur, neque tam acriter memoria ferre quisq; est, ut non dispositis notatisq; rebus, ordinem uerborum aut sententiarum complectat: neque uero tam hebiti, ut nihil hac consuetudine et exercitatio adiuuetur. Nunc uero antequam de memoriae artificio loquamur prius quae oporteat de se prestare uolentem memorari prescribemus. Memoria enim tam si locis & imaginibus adiuuari certissimum est, tribus rebus tamen potissimum constat, intellectu, ordine, et cura. Si igit frugē alicq; consequi uelis, nec temere quo cūq; impetus rapit uagarier: initio constitutas oportet, quo usq; progredi, in literis cupias, quidue desideres adipisci, deinde quae cūq; sequuturus es studia, ea prestatissima, pulcherrimaq; diiudices, in hocq; te fœlicē existimabis, si ea disciplinā abunde fueris cōsecutus in te.

PRÆCEPTA.

in te em̄ bona ex parte sitū est, ut magnā cedio
rū partem amputes, primū ut animum indu-
cas amare studia, deinde ut ea mireris, neq; om-
nē audies præceptorem, sed excellentē dunta-
xat, qualē non modo laudare, sed etiā cogeris
admirari, illū attentus audi: uerba eius, formu-
las dicēdi, sententias, annota, et imitatiōe te si-
milē ipsius quo ad facere poteris, effinge. In hac
re profundissime sapiētiæ consiliū fuit Philip-
pi Macedonis: qui prima etiā literarū elemēta
uoluīt Alexandrū ab Aristotele doceri: sic em̄
animi atcq; ingenij patrē ueneratur: dū eius gra-
ues mirat sentētias, Erigatur in aīo appetitus,
fitisq; discendi, qui plurimū ad proficiendum
habet iuuamēti. Caucent īgit parentes, ne illis
filios dedant studijs: quæ ingrata illis esse co-
gnouerint. Præterea siue audias, siue legas ali-
quid, tota id fac attentiōe, omnesq; animi ui-
res cōgrega, nec uagetur mens tua, sed coge illā
ibi esse, & agere q; adest, non alia. Si incipit di-
gredi, paruo murmure eam reuoca, cogitatio-
nes oēs ab studijs alienas, in aliud tēpus differ.
Sciō te operā & oleū, omneq; tempus perde-
re, si que legis uel audis nō attendas. Attentio
em̄ mentē ad doctrinā disponit, nec memoria
cōleruari queunt, nisi quæ p̄t intellecta sunt.
Si quidē bona memoriæ pars est, rem penitus

A v intelle

MEMORIAE

intellexisse, itaq; quæ meminisse uelis, ea sunt
attentus & crebrius relegēda, deinde sepius a
teipso exigēda ut si quid forte fūstigerit, id re
stituatur. Qui enim voces ediscit nō intellecta
sentētia, mox obliuiscitur, nā verba ut inquit
Homerus alata sunt, facileq; auolāt nisi sentē
tiarū pondere librent, prima igitur cura sit vt
rem penitus intelligas, dein subinde tecū uer
ses ac repetas, & in hoc cicurādus est animus,
vt quoties opus est cogitatiōi possit insisteret,
nā citi mens est adeo siluestris, vt in hoc cicu
rari nō possit, haud qua c̄q; ē idonea literis, mul
to min⁹ huic arti. Quisquis enim habet aīum
adeo volubilē, vt nulli cogitationi possit iñmo
rari, nec diu potest audire loquentem, nec insi
gere memorię quod didicit. Plūbo potest ali
quid imprimi, qđ maneat in loco, aquæ auc
argēto viuo, quoniā assidue fluitat nihil pōt
imprimi. Adiuuabit nō mediocriter, si quo
rū necessaria quidē, sed subdifficilis erit memo
ria veluti locorū, quos tradūt Cosmographi
rum, pedummetricorum, figurarum grammatica
rum, genealogiarum, omniū artium deniq;
rudimenta, aut si qua sunt similia ea quam
fieri potest breuissime simul & luculentissime
in tabulas depicta, in cubiculi parietibus su
spendātur quo passim & aliud agentibus sinc
obvia. Item si quædam breuiter, sed insigni
cep

PRÆCEPTA.

4

ter dicta, velut apophthegmata proverbia, sententias in frontibus atque in calcibus singulorum codicium inscribes, quod nusquam non occurrat oculis, quod eruditionem adiuuet. Hec tametli singula per se pusilla videantur tamē in unum collata aceruum, memoriam doctrinæ thesaurum lucro mirum in modum augēt, huic cum multa & longiora tradere aut credere volumus ea membratim fecemus ut Martianus inquit ne confusa multitudine heteretur, de his rebus quas tenacius volumus inherere, debet esse frequens & diurna cogitatio, atque disputatio, nam si differendo aut capias aduersariū aut capiaris, ita ut aut laudem allequaris aut vituperium, inscribetur id ipsum demum ita in animo: ut neque asceriat volueris oblitterare, que precipue cū opus brio aut erubescētia discuntur magis herent & fixiora sunt, quia mens tenacissima est iniuriarum. Mira igitur laus Cæsaris qui nullum rerū nisi iniuriarum in memori fuit, prodicit igitur assidue versari inter eruditos maxime consimilium studiorum, quorū confabulationes & dissertationes quotidie tam multa proferunt digna cognitu, ut minimo labore rediscamus quam plurima. Præterea si fieri potest ea non solum audiamus sed & videamus necesse est quæ memoria tenere volumus. Dixit enim

MEMORIAE

icit enim Aristoteles summus Philosophus ea
maxime animis affigi nostris, quæ sunt à sen-
su tradita atq; impressa, acerrimum aut ex om-
nibus nostris sensibus esse sensum uidēdi, qua-
re facilime animo teneri posse, ea quæ percipi-
untur auribus, aut cogitatione si etiam oculo
rum commendatiōe animis traderentur propte-
rea consulūt medici ut simplicia, herbas & ma-
xime exotica pharmaca quæ legēdo discimus
etiam oculis, si fieri potest aspiciamus, sic siet
ut non facile effluant. Cum deniq; memoriam
nō habemus omnes pariter ad omnia, sunt tamen
qui uerba, sunt qui res meminerūt facilius: ut
Themistocles rerū, Hortensius uerborū recor-
datione dicuntur ualuisse, quod exemplū pos-
tū sit, pro toto et hominū et rerum generē. Nā
aliū curiosa, aliū recta & simplicia aliū publica,
aliū priuata, aliū uetera, aliū noua, aliū sua, aliū a-
lienā, aliū uicīa, aliū uirtutes, recordant̄ citius
& melius, ut est cuiuscq; ingenij pronitas, & at-
tentio, ad hæc aut illa libētius. Attentio enim
memoriā confirmat ut diximus. Metiatur igit
tur unusquisq; uires suas, & probet seipsum tam
tumq; ingerat memoriæ suæ, quantum ea ca-
pere & tenere potest, ueluti stomachū inutile ē
supra eius uires onerare, sed tantum cōuenit ac
cipere, quantū potest concoquere propter hæc
causam non inpinguantur gulosi & uoraces,
quia

PRAECEPTA.

5

quia quod comeditur non nutrit nisi digeratur ita quod discitur nisi retineatur parum prodest nam multa legere studiosis facile: multa quoque intelligere bono atque exercitato ingenio non est difficile. Verum ea congerere & inscribere memoriae sicut in thesauro conseruare ut non effluant necessarium, ac praecipuum est in omni doctrinæ genere.

Nunc que sit hora inchoandis studij opus, junior, quisue continuandi modus paucis de- monstrabimus. Oportunè quidem nostra studia exordiemur, uel statim oriente Sole uel hora una saltè uel duabus ad summum ante solis exortum. Cum de lecto surrexeris noli subitæ lectiōi meditationi quaque prorsus incubere sed saltè horæ dimidiū cuilibet expurgatiōi concedito, mox meditationi accingere diligenter, nec patiaris temporū rationem fortunæ motus infringere quo minus: quas decreuisti studio horas in eō non absoluas. Nam si Cæsar Augustus in bello Munitensi legere quotidie & scribere solebat. Si Iulius Cæsar quæ die gesserat cū orbem pacauit, et noctu furtiuſ lucubrationibus scribebat et praecipue cū tanta elegātia ut à Quintiliano et omnibus eruditis mire laudetur. Quid obsecro poterit: quid inquit poterit urbano otio interuenire, quod nos à studio literarū abducat. Semper autem

MEMORIAE

autem meminisse debemus interdum paulisper saltē remittendam esse mentis intentionem. Quum enim ob intentionem huiusmodi, spiritus resoluuntur merito si nunquam cessest tendere, latus eris. Laxandus igitur animus est quo postea integrior, fortiorque consurgat, sed hoc mutato fiat studio non in rebus ludicris, remittere enim animum melius est quam amittere aut ergo ad liberaliora studia transeundum est aut ad musicalia exercitia, literis enim proditum est tantum veteres tribuisse Musicæ, ut non solum animi affectus ea moueri arbitrarentur sed & corpora morbis eripi crederent. Pueri ludere malunt quod illis concedendum putos si honestus sit lusus, si sine fraude si brevis, si premia aut nulla, aut exigua proponantur, nec taxilli interueniant aut alias huiuscemodi illiberalis lusus & illicitus in quo plus iuris fortuna habet ingenium. Exercent enim & ludi memoriam. Sceuola aliquando ludo xij scruporum lusus, cumq; prior calculum promouisset, essetq; vietus. dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quod loco errasset recordatus & ad eum rediret qui colluserat, isq; ita factus esse confessus est, faciant idem & nostri adolescentes interdum, verum neq; diurna, neq; frequens sic ea exercitatio neq; ea hora quæ studijs des-

PRÆCEPTA.

q̄d debetur moxq; confirmato ingenio & ali
quantulum remisso reuolitent ad studia.
Postremo illud nō memorię thesauro tantum
modo, sed ad omnem eruditio[n]em simūl plus
timū conduceat si frequenter alios quoq; doce
as. Nusquam enim melius deprehēderis quid
intelligas quid non. Atq; interim noua quæ
dam occurruunt commentanti, differentiq;, ni
hil non altius infigerur animo Propterea so-
litaria lectio, qua omnes pene domi tabescunt
minime placet. Ea siquidem ut maximum fa-
stidium, ita nullum prope fructum adfert &
vehementer obtundit ingenij vires. Porro si
quandoq; legere authorem libeat, id cum a-
lio fieri velim mirabile enim ex alterius pre-
lentia oritur iudiciū Adeo ut si adsit quispiam
tanquam apertis oculis res ipsas introspicere
testi nemo, somniare duntaxat existimes. Ad
hec quum proferenda sunt studia, caligant in
luce. & omnia noua offendunt, ut qui soli di-
cicerunt, quod inter multos faciendum est.
Haec sunt quidem præcepta discendi q[ui]tæ si di-
ligenter obseruabuntur prodesse plurimum
poterunt his q[uod] frugē aliquē cōsequi uelint. Nec
vlli tam infelicem memoriā vnq[ue] contigisse
puto qui eam non fidelissimam possit reddere
diligenter obseruat is quæ tradidimus. Nunc
de artificio agamus memoria, cū prius præ-
cepta

MEMORIAE

cepta reminiscentiae, ab Aristotelē disputata
conscripterimus. Qui scribit facilia esse ad re-
cordationem quæ ordinē notantur & præscri-
buntur: in quo genere præcipuae sunt Mathe-
maticæ traditiones. Versus quoq; ad memo-
riæ fidelitatem conducunt propter ordinem
compositionis, & structuram non temere ua-
gantem: sparsamq; sed certis limitibus conclu-
sam, ut animam nō patiantur aberrare uia, ceu
repagulis quibusdam utruncq; munita & ob-
sepra, uicissim temere effusa, uel dissolute con-
gesta, difficile est & capere & continere. Facilis
est & usitatus modus, non memoriæ solū, sed
cogitatiōis quoq; ut à simili transeamus ad si-
mile, ut si Herodotī obliuiscamur, de T. Liuio
recordati Latinæ Historiæ patre, in Græce hi-
storiæ patrem Herodotū producemur, ut Xe-
nocratem pro Aristotelē in Philosophia, & dis-
ciplina Platonis, Scipionem pro Q. Fabio in
bellis Punicis. Irum pro Codro in pauperia-
te. Demosthenem pro Cicerone in eloquētia.
Narcissum pro Adonide ī pulchritudine. Eo-
dem modo de loco, tempore, actionibus aut
qualitatibus, quorum exempla patent latissi-
me. Verum cum de figuris erit oratio: plura
quæ ad hanc rem pertinent afferemus, iam de
memoria inchoemus.

PRAECEPTA.

ARTIFICIOSA MEMORIA

Aest dispositio imaginaria in mente, rerum sensibilium super quas memoria naturalis reflexa per eas admonetur, & admittatur ut prius memoratorum facilius distinguatur, & diutius denuo valeat recordari. Hæc igitur ars constat Locis & Imaginibus. Locos appellat Cicero eos, qui breviter, perfecte, insignite, aut natura, aut manu sunt absoluti, ut eas facile naturali memoria comprehendere & amplecti queamus, ut ædes, intercolumnia, angulum, fornicem, & alia, quæ his similia sunt. Imagines sunt formæ quedam, & notæ, & simulacra eius rei, quam meminisse volumus, quod genus, equi, leones, aquilæ, quorum memoriam si volemus habere, imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit. Nunc cuiusmodi locos inuenire, & quod pacto reperire, & in locis imagines constituer, reoperteat, ostendemus. Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id quod dictum est, scribere, & recitare quod scripsérūt, ita qui hanc artem didicerunt, possunt quod audiunt in locis collocare, & ex hijs memoriter pronunciare. Loci enim, cere & charte simillimi sunt: imagines literis: dispositio & collocatio imaginum, scripture: pronunciatio lectioni. Oportet igitur, si volumus multa meminisse,

B multos

MEMORIAE

multos nobis locos cōparare, vt in multis locis multas imagines collocare possimus. Item putam⁹ ex ordine hoc locos habere, ne quādo perturbatione ordinis impediāmūr, quo se cius quoq; loco libebit, vel a supiore, vel ab inferiore, vel a media parte i[m]agines seq; ea quae mādata locis erunt edere & p[ro]ferre possimus. Nam vt si in ordine stantes notos cōplures viderimus, nihil nostra intersit vtrū a summo an ab imo, an a medio nomina eorum discere incipiāmus, item in locis ex ordine collat[i]s eueniet, ut in quamlibet partē quo[t]o q[uod] loco libebit imaginib[us] cōmoniti dicere possimus id q[uod] locis mandauerimus. Quare placet ex ordine locos cōparare, & locos quos asumpserimus, egregie comoditerq; norare oportebit, vt p[er]petuo nobis herere possint. Nā imagines sicut literę delent, vbi nihil illis vtilis[er]unt, locitanq; cera vel charta remanere debent. Item comodius est in derelicta quam in celebri regiōe locos comparare, propterea q[uod] frequentia & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas. Solitudo cōseruat integras simulacrorum figurās. Prēterea dissimiles forma atq; natura, loci compariāndi sunt, vt distincte interlucere possint, nā si quis multa intercolumnia sumpserit, cōtūrabitur similitudine locorū, vt ignoret quid in

PRAECEPTA.

s

in quoq; loco collocarit. Et magnitudine mo-
dica, & mediocres locos haberi oportet. Nam
prætermodū ampliuas i[m]agines reddunt,
& nimis angusti s[ecundu]m non videtur posse caper-
re imaginum collocationem. Tum nec nimis
illustres, nec vehementer obscuros locos ha-
beri oportet, ne aut obcecentur tenebris ima-
gines, aut splendore præfulgeant. Interualla
locorum mediocria esse placet sere paulo plus
aut minus pedum. vi. Cicero tricenum ponit,
nam vt aspectus, ita cogitatio, minus valer, si-
ue nimis procul remoueris, siue vehementer
appè admoueris id quod oportet videri. Nūc
de numero locorum differamus. Cicero cen-
tum eos sat is esse iudicauit, nos plures & infi-
nitos habere consulimus, hos multi varijs ar-
tibus quesiere. Metiodorus in signis duode-
cim p[ro] quæ sol meat tricentos & sexagenos in-
uenit locos, qd tot gradibus ap[er] Astrologos
obliquus ille circulus secari soleat Cicero fa-
miliarē domū effinxit locis discretam multis,
placuitq; viro illustri vt inter locorū singula
quinaria, vel manum auream, vel aliud qd di-
scrimen fingeremus, quo alter ab altero fecer-
natur, in eisq; immobilem ordinem haberi,
vt semper dextra & ingrediamur & egredia-
mur, fangi enim figuræ poterunt, neque erit

B ij diffi

MEMORIAE

difficile, ut suis locis figatur. Ego olim ex animalibus meos locos coepi & eorum ordinem ex alphabeto Latino deduxi, ut a singula litera vnius animalis nomen inchoaretur, perinde ac si nomina haec sint Afinus, Basiliscus, Canis, Draco, Elephas, Faunus, Grifus, Hircus, Iuuenga, Camelus, Leo, Mulus, Noctua, Ovis, Panthera, Qualea, Rinoceros, Simia, Taurus, Vrsus, Xistus, Yena, Zacheus, haec singula in quinque locos diuidebam in Caput, in anteriores pedes, in uentrem, in posteriores pedes, & in caudam. Nam hunc ordinem ipsa natura porrexit, nec confundi in eis enimeradis ingenium potest, sic itaque centum & quindecim locos nactus, in eis rerum memorabilium imagines sculpebam. Possunt etiam in facie loquentis multa inscribi in capillis, in fronte, in oculis, & sic deorsum ad pedes descendit, mihi vero facilimum viderur, non modo centum, sed propemodum infinitos locos effingere, cum neminem lateat situs ciuitatis originalis. Igitur cum per portam mens ingreditur dum vias ad diuersas regiones declinantes considerat dumque amicorum domos, edes, diuorum, praetoria publica repetit, miram locorum quantitatē assequetur. Accedet ad hoc portas atria effigendi in quibus quantum libeat, numerum locorum faciet, ut inscribi que cuncte

PRAECEPTA.

9

cunctis voluerit possint. Fiet hic locus clarior
exemplo. Domum elige distinctam cōclauis
aut cubiculis. xx. pro centum, vel. xxiiij. pro
centum uiginti locis formandis, diuersis & dis-
similibus non excessiue magnis aut paruis sed
mediocriter in magnitudine se habentibus &
in quolibet conclave facias quinque loca secun-
dum distantiam prius datam scilicet quinque
vel sex pedum. Et incipetaliter locos ordina-
re, ut semper a dextra ingrediaris, & egredia-
ris nunc retrocedendo. Pone igitur prope ho-
stium prime camere ab intra primum locum,
& in distantia quinque vel sex pedum pone se-
cundum. Et in alia distantia cōsimili tertium
sic procedendo donec in primo cōclavi quin-
tuplica habueris postea intrabis aliud concla-
ve quod imēdiatē subsequitur, & eodem mo-
do loca ordinabis de loco in locum proceden-
do donec ad eandem portā loca fabricans re-
uertaris qua primo ingressus. Loca autē sic
constituta ter aut quater, in mense memoria
reperant, crebra enim repetitione in mente cō-
firmantur. Et si quis locorum copiam habere
cupiat, hoc ordine monasterium aut cænobi-
um aliqu, intret, & illud totum locis impletar,
aut in parieribus extra Templum vel in ipso
Templo, quod semel vacuum uidisse sufficit
ne frequētia & obambulatio hominum men-

B iij tem

MEMORIAE

tem cōturbet. Accipe ergo Tempū tibi notū et familiare eius partes diligēter cōsidera in eo. ter quaterq; deambulās recede demūq; redi; & ibi pte visa diligēter mente reuolue. Et hoc pacto principium locis dato i parte dextra ex qua recto tramite itur ad summum altare, pri-
mum locū cōstitue deinde in pariete post qn-
q; aut sex pedes secundum, & si ibi aliqd reale
lit positum ut ē columna fenestra aut his simi-
le ibi locum pone si autē talis nota deficiat p-
libito imaginariū sume ut memor sis teibi lo-
cum cōstituisse sic pcedas de loco ad locū do-
nec ad eā portā redieris vbi īgressus es, et ista
fiāt in parietibus primis tēpli omissis oīribus
quē i medio ipsius sunt hoc ordine poteris ali-
qđ milia locorum cōstituere nā q multa mes-
minisse voluerit multa sibi loca cōparare de-
bet. Cōsequēter necessariū erit ut scias quo/
russit vñusq; locorum ex ordine q̄s qntus,
decimus, uigintimus. 45. &c. Cognitis itaq;
narijs loca intermedia facile cognoscunt. Po/
nas ergo ipſas. 24. literas alphabeti in. 24. lo/
ca memorie supradicta & tā alte insige animo
illa loca, vt appareat tibi ista litera semperante
oculos cū numero quotus ille fuerit in alpha/
beti ordine & quod talē numerū representer
exēpli gratia A. est prima litera ergo represen-
tat vñus. B. secūda ergo exp̄resentat duo. C.
certia

PRAECEPTA.

1°

tertia. 3. D quartā. 4. &c. Quo sc̄ito q̄a quelibet litera cōtinet quinq; loca subito cōsequenter sc̄itur in quotto quinario fuerit vniuersit̄ q̄s locus. Nam A. representat quinariū primum B. secundum C. tertium D. quartum H. octauū & sunt 40. M. duodecimū & sunt sexaginta &c. De locis satis dictum est, nunc ad imaginum rationem trāseamus. Quoniam ergo rerum similes imagines esse oportet & ex oībus verbis notas nobis similitudines eligere debemus ut Cicero testatur duplices similitudines esse debēt, vnae rerum alterae verborum. Rerum similitudines exprimuntur cum summatim ipsorum negotiorum imagines cōparamus. Verborum similitudines cōstituuntur cū vniuersit̄ nominis & vocabuli memoria imagine nota. Rerum seu sententiārum imagines collocaturus nō est necesse singulas distinctiones mēte tenere ex q̄bus illa sententia seu res illa cōponitur, sed totā sententiā in summā quādā redigere & secundum hāc formare imaginē, & hāc imago iā sit ex vna ppositione iā ex pluribus ppositionibus tñ sub vna conclusiōe cōprehēsis. Et sic quāto materia tractāda est prolixior tanto necesse est plura loca occupare & implere, & sic poteris Orationes Historias argumēta Sermōes ad populum mēbratim fecare, & in p̄tes maiores vel minores

B iiiij distri

MEMORIAE

distribuere, ut iam plura nunc pauciora singulæ partes comprehendant, & iste imagines rerum & sententiarū sunt cōmodiores & usitatores q̄d dictionū, potest etiam interdū rei totius memoria s̄pē vna nota, et imagine simplici comprehēdi, vt si acusator dixerit ab eo hominem veneno necatū, & hæreditatis causa factum arguerit, & eius rei multas dixerit testes, & cōscios esse. Si hoc primum, vt addendum expeditū nobis sit, meminisse volemus, in primo loco rei totius imaginem conformabimus, egrotum in lecto cubantem faciemus ipsum illum, de quo agitur si formam eius detinebimus, si eum non agnouerimus, aliquem egrotum non de minimo loco sumemus, vt cito in mētem venire possit, & reum ad lectum eius adstituemus, dextra poculum, sinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenente. Hoc modo & testium, & hæreditatis & veneno necati memoriam habere poterimus. Idem deinceps cetera crimina ex ordine in locis ponemus, & quotiescumq; rem meminisse volemus, si formarū dispositiōe, & imaginū diligenti notatiōe vtemur, facile ea quę volemus, memoria consequemur. Historiam igitur vt suprascriptum est in conclusiōes seu partes diuide, & cuilibet parti in breuem summam comprehēdendo, vnam imaginētam ex

PRAECEPTA.

ii

ex pluribus aggregatam in suum locum posse, donec omnes propositiones secundum locorum ordinem dispositae fuerint. Historia locare est res facilis & pro exemplo ponitur historiae vitæ & passionis domini nostri Ihesu Christi quæ quadraginta octo imaginibus seu notis secundum quadraginta octo actus comprehendendere & locare poteris.

1. Deus	21. Transfiguraris
2. Creas	22. Honoraris
3. Peccat	23. Ejcis
4. Prophetaria	24. Vngueris
5. Anunciariis	25. Lauas
6. Nasceris	26. Comunicas
7. Circuncideris	27. Oras
8. Adoraris	28. Traderis
9. Offereris	29. Ad Annam
10. Fugis	30. Ad Caipham
11. Redis	31. Ad Pilatum
12. Inueniris	32. Ad Herodem
13. Baptizaris	33. Flagellaris
14. Desertum	34. Coronaris
15. Temptaris	35. Sententiaris
16. Eligis	36. Educeris
17. Animas sanas	37. Crucifigeris
18. Corpora sanas	38. Translancearis
19. Cibas	39. Deponeris
20. Obediris	40. Sepeliris

B v 41 Ro

MEMORIAE

41. Reuertuntur	45. Appares
42. Collocuntur	46. Ascendis
43. Descendis.	47. Mittis
44. Resurgis	48. Assumis.

Nunc de verborum figuris differamus. Cū
 igitur verborū similitudines imaginibus ex/
 primere volumus, plus negotij fulcipiemus si
 Ciceroni credimus, et magis ingenii nřm ex/
 ercebimus. Sunt em̄ duplices res, aut notę, aut
 ignorę. Notarū aut sunt aiatę, aut inanimatę,
 & tā animatarū qđ inanimatarū aut sunt sim/
 plices aut cōpositę aut compositarū iā ex dua
 bus iā ex tribus &c, & de omnibus dicetur p/
 ordinē. Primo si tibi datur ad locandū siue re/
 cordandū nomen notū rei animatę, exempli/
 gratia, Albertus, pone amicum aliquę tibi no/
 tū, illud nomen habentē in primo loco, agen/
 tē illud quod communiter ab eo fieri solet, & sic
 pcedas singulatim singula similia nota nota/
 re aīatarum rerum. Res vero notę inanimatę
 qđ per se agere nō possunt memoriam nō ex/
 citabunt, caue ergo ne decipiari si in pri/
 mo loco ponere tur liber, in secūdo vestis, pos/
 ses dum recitares deficere, excitare em̄ memo/
 riā naturalem est artis huius officium, sed hæ/
 res comouere nō possunt, qđ gestus imaginis
 posse excitat, qui in talibus naturaliter nō re/
 perit, imago igit̄ in loco talis ponī debet quæse/
 noueas

PRAECEPTA

12

moueat, si non potest, ab alio ut motteat, re tam
le in manu alicuius motoris ponas, ut ex mo-
tu illo memoria naturalis comoueat, obiectet
forte aliquis haec praecepta non ex omni parte
perfecta esse, quia formica in loco posita se mo-
uet, non tamen propter sui paruitatem comouebit,
granum piperis in manu motoris positum etiam
non excitabit, fateor hoc si formica sola collo-
cetur, sed multitudo formicarum ascendentium
& descendentium arborum in loco ponam, quod er-
go formica sola facere non potest, faciet multitudi-
no, & amicus etiam in loco multa grana piperis
mouebit, instabit & conteder pulicem saltare
nec comouere, multitudo autem bene collocar-
ti non posse, collocabimus igitur amicum pulices
cipientem pro pulice &c. Præterea pro ignotis
& etiam notis est notandum quod omnia nota
aut sunt visibilia, & de talibus supradictum est,
aut inuisibilia, quæ spiritualia vocantur, scilicet
deus, angeli, demones, virtutes, vitia, obiecta
voluntatis, & intellectus animi, & etiam incorporeæ
scilicet obiecta aliorum sensuum. Oia talia inui-
sibilia, licet nota, tamen quo ad modum ea figurandi
simile, convenienter cum ignotis. Oia enim illa neces-
se est, ut ad visibiles imagines reducantur, & hoc
oporet te facere per viam similitudinis. Nota
ergo quod ad formandum imagines omnis si-
multudo capit dupliciter, scilicet ex parte rei,
aut

MEMORIAE

aut ex parte vocis, item similitudo ex parte rei, capitur dupliciter, uno modo ex parte rei propriæ in se, alio modo ex parte rei metaphorice, seu ab effectu. Primo modo similitudo ex parte rei propriæ in se, capitur respectu rei, ipsam considerando in propria forma naturali, & hanc eius formam seu imaginem locis collocando, & hec sit de rebus notis, tā animatis, q̄b̄ inanimatis, vt supra, vt si vellem recordari nominis Alberti, ponam propriā similitudinem per imaginationem alicuius Alberti mihi noti, & familiaris, in certo loco. Si lapidem, ponam imaginem lapidis. Sibouē bouis, si Leonem Leonis. Et hæ imagines tantq̄ naturales, efficacissimæ sunt, & principaliores. Alij modi formandi imagines subseqüentes ad hunc reducantur, quia secundum istum modum res videtur seu apprehenditur imaginatione in sua specie seu propria dispositiōne naturali. Secundo modo similitudo capitur metaphorice scilicet aut secundum eius effectum quem operatur, aut etiam eius instrumentum cum quo operatur, & hoc modo communiter formantur imagines rerum naturalium, sed inuisibilium, virtutes vicia, animæ potestiarum, & his similia, quæ quomodo formantur ex multis, pauca hæc exempla subiunguntur.

Virtus

PRAECEPTA.

Virtus itaqsic. Virgo viridi induita veste, ornata varijs flosculis,
Iustitia, virgo in dextra gladium, in sinistra libram tenens.

Fortitudo, virgo armata, leonem calcans, & os eius dilacerans.

Prudentia, ad pr̄sens, pr̄teritum, & futurum prouidendum, lucernam manu tenet.

Temperantia macilenta, frenum in ore tenēs, zona lumbos cingit.

Fides, fidibus amicta, coronā 12. stellarum in capite gerat.

Spes, anchoram tener, qua nauim in aduersis tatum fluctibus firmat.

Charitas, circumamicta sole, tota ē flamma.

Humilitas, veste nigra, inclinans caput, & genua, hysopo se aspergit.

Castitas lilyum tenet, super quo turtur gemēs.

Simplicitas, uestem sine plica, et columbā in pectore gerit.

Innocentia, candida semper iucunda, & impa uida, agnum album baiular.

Laus, laurisertum gestat.

Gloria, globus albus aurea corona coronatus.

Ira, vrsus aut Leo rugiens.

Inuidia, liuida dentibus linguam comandans &c.

Intelle

MEMORIAE

Intellectus, crystallus lucidus, refulgēs, aut ala
argentea.

Volutas, ala aurea, quibus duobus anima uo-
lat per omnia.

Memoria pelvis aurea in qua oriuntur & co-
tinentur scilicet intellectus & voluntas.
Conscientia facies hominis, boni, pulchra &
munda, mali, obfuscata.

Sapientia salem portans vel gustans.
Scientia optime vestita, palla inaurata specu-
lum gerit.

Gramatica tabulam alphabetariam ostēdit.
Dialectica in vtraq; manu tenet serpentes.
Rethorica, florida iam feliam mel spirat.
Arithmetica in tabula alba characteres nume-
rorum scribit.

Musica cithara ludit vel organis.
Geometria Circino & regula coeli & terrae
quantitatē metitur.

Astrologia astrolabio & sphaera cœlestes mo-
tus docet.

Medicina vrinam conspicit.
Phisica herbarum florum & omnium rerum
vires scrutatur.

Visus figuratur si quis aude rem aliquam
aspiciat.

Auditus, auriculis asininis.
Sonus per tubam quam quis buccis inflat.

Odor

PRAECEPTA.

14

- Odor per pomum citrinum herbis & floribus odoriferis.
Sapor per linguam.
Tactus, manu.
Durities figuratur osse.
Mollicies ferico.
Grauedo plumbo.
Lenitas pennæ.
Caliditas igne vel pipere.
Frigiditas glacie.
Lubricitas anguilla.
Tenacitas visco.
Dulcedo melle vel Sacharo.
Amaritudo felle vel absinthio.
Annus serpente picturato xij. colorum caudā propriam deuorante.
Mundus pomo aureo vel globo cœlesti.
Dies, luna luciente media.
Nox reliqua parte obscura.
Timor figuratur lepore.
Audax leonem inuadente.
Idyota asino.
Loquax ranam in ore gerat.
Vanitas arundine vacua.
Ociosus sedet manus in sinu complicata
nens.
Item per motus corporis & actus imagines
formantur.

Indicatio

MEMORIAB

Indicatio, indicis digiti extensione.

Vocatio attractione manus

Reiectio projectione manus &c.

Similiter verba figurantur per similitudinem
sui actus, & instrumento quo talis actus perfici-
tur, verbi gratia, verbum legit figuratur p-
aliquem qui habeat librum apertum corā se,
& secundum principium & finem literarum,
caput ferens, moueat labia, & sic de alijs ve-
bis, scilicet orat, deplorat, consolat, docet &c.
Similitudo quoq; ex parte vocis capitur tri-
pliciter, respectu scilicet dictionis, sillabę, aut
literaę, & hoc modo communiter formatur ima-
gines dictionum, rerum ignorarum, etiam di-
ctiones partium indeclinabilium, scilicet ad
uerbiorum, pr̄positionum, cōiunctionum, et
interjectionum, q; uis etiam nobis notę sunt,
tamen neq; repräsentant nobis substatiā, ne-
q; actum visibilem, neq; qualitatem, neq; ali-
quod accidēs, per quae possint figurari, ergo p-
voces rerum visibilium, & nobis notarū, ne-
cessē est ipsas figurari. Sed hæc dictionum me-
moria cū nobis minus necessaria est, & maio-
re imaginum varietate distinguitur, & multe
sunt dictiones quae nulla similitudine formari
possunt, vt diximus, eorum fingendæ nobis
sunt imagines, quibus semper vitamur.

Nunc quoniam accidere solet, vt imagines

partim

PRAECEPTA.

15

partim firmæ, & admouendum idoneæ sunt,
partim imbecilles, quæ vix memoriam pos-
sint excitare, qua de caussa utrumque fiat, con-
siderandum est, ut cognita caussa, quas vite
mus & quas sequamur imagines, scire possi-
mus. Docet nos igitur, ut Cicero scripsit, ipsa
natura, quid oporteat fieri, nam si quas res in
Vita videmus paruas, visitatas, quotidianas,
eas meminisse non solemus, propterea quod nul-
la nisi noua, aut admirabili re comotetur ani-
mus: at si quid videmus, aut audimus egre-
giæ turpe, aut honestum, inusitatum, magnū,
incredibile, ridiculum diu meminisse consue-
tum. At quod recens audiuiimus obliuisci-
mur plerunque, quæ acciderunt in pueritia me-
minimus optime saepè, nec hoc alia de caussa
potest accidere nisi quod visitate res facile e me-
moria elabuntur, insignes & nouæ, diutius in
animo manent. Solis exortus, cursus occasus
nemo admiratur, propterea quia quotidie fi-
unt, at eclipses solis mirantur, quia raro acci-
dunt: & solis eclipses magis mirantur quod Luna
propere quod hæc crebriores sunt. Doceo
ergo se natura vulgari & visitata re non exusci-
tari, nouitate vero & insigni quodam nego-
tio commoueri, imitetur igitur ars naturam,
& quod ea disiderat inueniat, quod ostendit
sequatur. Imagines igitur in eo genere consti-

C tuere

MEMORIAE

tuere oportebit, qđ genus in memoria diutissime manere potest, id accidit si qđ maxime notas similitudines constituemus, si non multas, nec trágas, sed aliquid nostrū agentes imagines ponemus si egregiam pulchritudinem, aut unicam turpitudinē eis attribuemus, si aliqua re exornabimus quo nobis notior sit similitudo, aut si qua re deformabimus, aut si cruenta aut cōeno oblitam, aut rubrico delibutam inducamus, quo magis insignita sit forma, ut aut risum moueat, aut misericordiam, aut admirationem, hæc enim faciunt etiam pueros recordari. Facile enim inueniūr quæ figura, quæ affectum emouerit, exemplū hoc est, in ore asini rabidi, caput Antonij constitutū morsibus fere ossa cōfringi cruentem effluere illū auxilia petere expansis palmis vociferare, fieri non poterit, ut cum uoluero, non uideam oculis mentis mee & reddere Antoniū nesciam repetenti. Alterum est ut aut simile per simile, aut per contrarium figuremus, aut per proprietatem, primi exemplum est, ut sī nomen Galeni medicorum principis sim locaturus. Alterius illustris medici nomē scribā, cuius aut par sit, aut paulo inferior authoritas, secundi, si idem per īdocti medici nomē cum irrisione conscripsero, si Therſitem per Achillem, bonum per malum, turpē & defor-

mem

PRÆCEPTA. 16

mem p̄ formosum annotauero. Exemplū ter
t̄ est, li Ouidium per magnū nasum, Platonē
per humerū amplitudinē, Crispum per annu-
latos capillos, Ciceronē per Gelasinū sculpe-
ro, quia ipsa nominis origo ipsa declinatio fa-
cere ad tenendum aliquis potest. Tertium
est, ut a tenellis vnguiculis asuescamus locare
& cum quotidiana exercitatione crescamus,
quanquam etiam adultis prodesse solet ista
doctrina, efficacior quoq; fiet habitus, si quæ-
cunq; aut dicturi aut facturi sunt, sic locent
quecunq; etiam inter cōfabulandum audiunt
sic pingant mores, gestus, tēporaq; sculpant,
scio enim breui tempore fient exercitatissimi,
certare etiam prodest alterum cū altero illum
vincere, qui plura clarius, ordinatius, ueloti-
usq; retulerit. Quartum est, ut omni quina-
rio rerū signandarum repetamus a prīcipio
ea quinq; lignata, solet enim repetitio ad me-
moriā ualde conferre. Quintū est, ut quę nō
sunt simplicia ea per cōponentium similitudi-
nes statuamus exempli caussa, qui memorari
voluerit huius entūciationis. Cicero cum
Hortensio disputat, Cicer legumen in horto
singā quod de horti sterilitate conquerat, sic
ēm & Cicer Ciceronē, & hortus Hortensiū, &
querela disputationē representat. Verū hęc fa-
cilius fient, si humanarū rerum experientiam

C ī & natu-

MEMORIAE

& naturas nouerimus. Sic enim facile nobis
comparationes occurrere possunt, quæ pro con-
trarium sumendæ sunt. Oportet em non tan-
tum firma verum etiam celeri compræhensi-
one res naturæ percipere & ut eorum quæ a
nobis inuenta sunt, & quæ ab aduersario in a-
gendo cōrectata sunt reminisci possimus, ne-
que desit consumpta & inueterata exercitatio-
nam & medicus medicinalibus & iurisconsul-
tus plebiscitis facilius recordabitur. Sextum
est ut Syllogismos reddituri medium termi-
num præcipue cōpræhendamus, eo cognito
modus figuraç Syllogismi ipsum ordinem
propriorum verborum apportabit, neque quo
facilius capitur aut tenetur, quia quo tem-
pore aduersarius propositionem, assumpto-
nem, & conclusionem facit, dumque eas appro-
bat, daturum ad figurandū ydeam medij ter-
mini longius spatum, quo noto si materiam
non ignores si quo ferratur argumentum in-
tellexeris, si Dialecticos canones non nescias,
errare nullo modo in reddendo potes, Septi-
mum est ut cū ignora barbaraque nomina si-
mus seruatur: ea aut per quid simile, aut per
ipsas sillabas scribamus, vnde nota quod lis-
tere alphabeti possunt dupliciter figurari, &
aut suis proprijs figuris pulchre depictis, vel
sculptis aut modo supralcripto scilicet capien-
do pro

PRAECEPTA.

17

do pro eis similes in voce sillabas dictionum significantium res notas visibles. Hæc sunt quidem non inutilia memorandi præcepta. Verū ego pfecto subdubito, qmodo & Quin tilianus scripsit, scilicet hæc omnia id ipsum cōferant si nomina eodem ordine quo sunt accē pra, reddenda sunt, hoc fecit Simonides in conuiuis quos cadens atrium attruerat, conferre etiam in reddendis sylogismis. Nam & nos id fecimus, & alios vīdimus factitantes. Verum hæc minus prodeste poterunt in eis ediscēdis quæ sunt perpetue orationis. Nam & sensus non eandem imaginem q̄r̄ res habent & disti- cile verborum ordo seruari queat, quis præte re a tot locos, tot imagines nedicam habere, sed ne sperare quidem potest, ut vnam Cice- tonis Orationem notare & reddere confidat, cum tamen quidam hoc faciant qui reddere lecta, atq̄ audita ipso etiam ordine sillabarum solent, mihi certe nondum id exercitium con- tigit multūq̄ ego iam dubito, paucos esse ho- mines, qui emergere in id culmen valeant, etiam si omnibus viribus enitantur. Alij secā dam esse orationem in particulas cēluere eas postea p̄f̄igi, verum aut singula locâda sunt verba, aut in eorum ordine reddendo, erran- dū est. Quapropter si iudicio bene valeo opor- tet excogitare aliam rationē memorandi qua-
C iq̄ possu

MEMORIAE

possimus prodesse pluribus, eaq; in studioſorū
ſum gratiam ſcribere, & publice docere, quæ
philosophi antiqui celare maluerunt, & nos in
genue faciemus, medicamina conſribentes:
neq; tamen negabimus quæ ſunt hactenus
ſcripta plurimum ad memoriam conſerre.
Solent enim nonnulli eis artibus multis no-
tarj; ſimul dictare, notare in qua clauſula ſi-
ſtant, cum ad alterum itur, ut reuertiſcant, &
ſine poſtulatione ſequi. Fuit Iulius Cæſar in
hoc genere ostentationis, dictare & audire fo-
lebat epiftolas rerū tatarum, quaternas pari-
ter literarj; dictare, et ſi nihil ipfe ſcriberet ſe-
ptenas, quam rem non figuris, ſed naturali in-
genij bonitate faciebat, hanc igitur arte que-
ritemus, nam ſtultum eſt non optima queq;
ſibi ad imitandum proponere, ut ſi co pertin-
gere non ualeamus, at propius, q; fieri po-
reſt accedamus. Ad tam perfectam memori-
am, & diſpoſitione naturali optima, & arte ex-
quisitiſſima opus eſt, neq; poſteſt ars illam per-
ficiere, quam natura valde mancam ge-
nuſſet, proderit illi tamen, red-
dereq; meliorem. Iam
igitur rem in
cipiamus.

De na/

DE NATV RALI MEMORIA, QVOMODO medicinae beneficio excitanda, augenda & confirmando. Capitis ac cerebri bona contemperatione roborati oneq; Libellus.

M E M O R I A E A C T I O N E M
definitionemq; in priori libello pau-
cis tradimus ex sententia philosopho-
rum, inter quos non pauca controuersia fuit,
in qua parte cerebri locaretur. Nam Aristote-
les summus philosophus consurgere bonam
memoriam censuit ex bona totius contempe-
ratione. Verum Avicenna & omnes Arabes
in anteriori cerebri ventriculo sensum com-
munē, ~~et~~ memoratiuam in media, memoratiuam
in postrema cellula posuere, sic cōuenit, ut piu
rū inter medicos neotericos, Verum Gale-
nus secundo Tegni cum signa complexionis
cerebri ponit p operationes sensuum interio-
rū, facilicas inquit discendi, signū est fluentis:
hoc est humidi cerebri, bona autem et fidelis
memoria, signum est p manentis, hoc est siccī,
ipseigit signa positurus nō anterioris tñ aut
medię, aut posterioris cellę cerebri, sed totius
complexiē exp̄ssit, ac si memoratiua in toto ce-
rebro esset. Sic Aristoteles facilius discentes,
raro bona memoriam habere censeret, qd si in
C iij postrema

MEMORIAB

postrema cella memoriam, in anteriori cōmu
nem sensum statuisset, id quidem s̄æpe posset
cōtingere, vt anterior humidus sit, postremus
vero siccus, cum inter utrumq; vnius ventri
culus intercipiatur. Trusianus & ipse comu
nem sensum non in priori tantum cella, sed in
toto posuit cerebro. Igit̄ de alijs potentissimis con
similiter senserat. Carpus actiones illas omnes
tribuit diutibus amplioribus cavitatibus, quæ
vocantur prior ventriculus aut cellæ, etiam si
alia parte, aliæ fiunt actiones. Deinde mediū
ventriculum arbitratur conditum esse ad trās
vectionem spirituum in tertium, vbi spiritus
suppedit virtutem motiuam. Arbitratut
& hoc officium esse mediū ventriculi, vt inde
in infusorium deriuenter superfluitates, non
ergo conuenit in qua parte sit cerebri, sed in
postrema existere, comunes Philosophi rati
sunt, non leui conjectura quod posteriori par
te leſa, amittitur memoria sine offensione ali
arum actionum. Comperit enim amitti
alium sensum interiorem sine alio. In illa cele
bratissima Pestilentia attica, quæ grassata est
initio belli Peloponnesiaci, in quibusdam qui
reualuerunt, tanta extitit obliuio, vt nec suos
nec seipſos agnoscerent. In his manserant ap
prehensio, & æstimatio, sed amissa fuit memo
ria. Quidam lapide iectus, prorsus oblicus est li
teras,

PRAECEPTA.

19

teras, ut scribit Plinius. Boëtius quoq; in prædicamentorum comentarijs cap. de qualitate, fertur inquit quidā suauissimus Orator, egritudine febrili decoctus, omnium literarū amississe doctrinam, in alijs vero rebus sanus & sibi constans. Scribit autem Plinius lib. 7. cap. 24. hæc verba, nec aliud est eque fragile in homine morborū et casus injurias atq; eritā mortuus sentiens, aliquando particularim, interdū vniuersa. Nā ex prealto recto lapsus matris, & affinium propinquorumq; cœpit obliuio. Alius egrotus, seruorum, Sui etiam nominis Messala coruinus orator oblitus ē. Itaq; sepe deficit, tētat, meditatur, vel quieto corpore, & valido somno quoq; serpente amputatur, ut inanis mens querat ubi sit loci. Constat igitur memoriam posse medicinali artificio seruari, augeri & excitari, cum constat eam morbo & minui, deficere, & depravari. Sic quod cogitatiuae actus & discursus, rationatioq; non commode fieri possunt. Sicut etiam non rā bene fit in infantibus, in quibus imagines præ humiditate nimia obolentur. Dupliciter em cogitatiua virtus ledi potest, aut enim medius ventriculus in quo cogitatiua existit, frigiditate, humiditateq; confunditur, aut ei deflunt phantasmata quæ in memoria scruari debeant. Contra hæc tamē esse

C v videtur,

MEMORIAE

videtur, quod Avicenna vi. naturalium, particula quinta, sentit dices, memorativa est magis immaterialis, sed magis ex cōtra huic dicit, virtutem memoratitam diu cōtinere. Nam quas a cogitativa imagines recipit conseruat, & hoc sat materiale est cum materiali iuuetur instrumento, scilicet sicco proportionato, & recognoscit seruata, nisi enim recognoscere, non magis ea redderet, quę ab ea repetuntur, & hæc vis est immaterialis. Verum Gentilis hanc vim idem esse voluit, quod cogitativa recognoscens, licet memoria nuncupetur. Est igitur, ut rem breui absoluamus partim magis materialis q̄z cogitativa, partim minus materialis. Accidit autem memoriæ ut aboliatur, accidit ut deficiat, accidit ut depruetur, & alterum pro altero reportet. Verum corruptio Melancholiæ species est ea propter Trusianus duo tantum nocumenta memorauit, iminutionem scilicet, & ablacionem. Igitur quia corruptio a calido & sicco fit, non erit de ea hoc loco disputatio, sed de ablatione tantum, & iminutione. Due igitur sunt caussæ præcipuae, quæ memoriæ officunt. Altera frigiditas. Altera humiditas est, verum Galenus & Avicenna voluere plus frigiditatem quam humiditatem officere, quia s. naturalis operatio calore naturaliter fit, frigidis.

PRAECEPTA

20

frigiditas autem cōfundit naturam, necq; eius
opus ingreditur, nisi tanquam subdominans
instrumentum, ideo secundo canticorum uo/
cat eum conciliator calorem elementorum,
hoc est, qui est secundum calorem elemento/
rum naturę. Eius igitur contrarium quod est
frigiditas obest plurimum, verum obest me/
diatus, humiditas vero immediatus, quia
cum memoria cōfortetur siccо proporciona/
to, cuius est retinere, ut tertio de anima Ari/
stoteles iestat, ergo cōfunditur humido, tanq;
disproportionato, Frigiditas quoq; omnibus
operationibus vniuersaliter obest, humiditas
autē magis pprie uidetur obesse retētive. Hęc
cum ita sint, potest tamē siccitas supflua impe/
dire ne forme insigilentur. Sicq; obesse videſ
retentioni, cū tantū pprie obsit captioni, sed
cōsequuntur retentioni, qd quod captū nō est,
teneri non potuit. Verū frigiditas quia motū
spirituum impedit, cum eius sit quietare sicut
calidi mouere, igit tunc motū necessarium ad
memorandum impedit frigiditas, sed retētione
impedit humiditas, sicq; cessare possūt, ambi
guitates utrū frigiditas plus obsit, cū eius filia
sit obliuio qd apud multos dubitatū est. Quia
autē calor naturalis nō est purus calor, sed cō
positus in qd est proportio oīs equalitatis, ideo
nō omnis caliditas bonam memoriam facit,

aut

MEMORIAE

aut non omnis siccitas, sed certa & proportionata, omnis vero discrasia immoderata deinceps actum propriæ virtutis, verum si superflua frigiditas immoderate iungatur siccitati consurgere oportet pessimam memoriam, & in carente. Si autem coniungatur caliditas siccitati, velox quidem erit spirituum motus, sed difficilis fiet inscriptio. Erit igitur captio difficultis, sed rememoratio sat facilis. Verum haec omnia varia caliditatis, siccitatisque proportiona, variabit gradualiter, sic & in alijs discrasiarum lapibus sentiendum est. Signa igitur brevibus explicemus. Si siccitas dominetur, vigiliæ aderunt capitib[us] leuitas, & non abundabunt illæ superfluitates, quæ naso, palato, atque oculis expressiuntur, sed multum erit aurium cerumen, quod ad memoriam pertinet. Præsentia difficile inscribuntur. Inscripta difficile amouentur, hinc sit ut quæ dudum gesta sunt ea melius teneant, meliusque reddant quam quæ ex proximo geruntur. Videmus hoc in senibus quæ eas pulchre memorant, quas in adolescentia gesserunt, eas quas eodem gesserint anno non retinent. Vbi vero domina humilitas, adest somnus grauis, & profundus, hebetes sunt & obtusi in omnibus motibus, præsentium bene recordantur, dudum vero gestarum rerum, aut

PRAECEPTA

25

aut nequaquam, aut difficile, humiditas enim & facile admittit, & amittit facile impressionem, frigiditas stupidam mentem efficit, infert vertiginem, tardam remembrancem, caliditas velocitate importat motuum, & recordationis, & caput tactu calidum si itaque duæ qualitates combinetur, complicari conuenit & signa earum, tanta proportione, quanta variabuntur qualitates aut intendentur, quae neque difficile erit exprædictis intelligere, possunt quoque hæc discrasiae aut esse qualitates tantum, & non habere coniunctam materiam quantitatibus notabilis, aut coniungi humoribus multis qualitatum consimilium. Inesse autem materialia ex signis facile cognosces, quae a docto, ribus suis locis ponuntur & a me satis copiose collecta sunt in eo libello quem de affectuum singularum corporis partiū curatione, & Latinæ, & Germanicæ conscripsimus. Est etiam non ignorandum has caussas loco interdum differre, aut enim caussa nocens est in substantia cerebri posteriore, in qua parte est memoria, iuxta opinionem Auicennæ, aut est in sensu, hoc est in superficie ventriculi posterioris, sic enim exponit gentilis verba Auicennæ, quamque potest etiam intelligi, aut in panniculis, aut commissuris substantiæ cerebri, in quibus

MEMORIAE

bus spiritus continetur, aut in vase, hoc est in
craneo. Nam quis dicat Galenus in crano
non posse esse passionem quae tollat memoriam,
si tamē hæc passio sit magna valde, potest
imminuere, si non tollere, ut genili placet immo
materia & omne nocumētum in temporibus
comunicari potest memorię, & obesse, estq[ue]
ibi locus materiæ capax, est & varius mu-
sculus sensibilis, & craneū ibi est tenue, vt me-
minit Hali ablas nono theorice cap. de causis
obliuionis. Sic possent & alia multa in alijs
mēbris nocumenta, & cōmunicare & ledere,
quæ brevibus enumerari non possunt. Præte-
rea materiæ ipsæ aut apostema faciunt, vti in
Lethargia contingit aut non faciunt. Quod
autem attinet ad pronoesticum, obliuio a na-
tura reportata difficile tollitur. Caussa calida
& sicca sixa, nō facile quoq[ue] remouetur, si cor-
pus sanū in ceteris rebus appareat, nisi q[ue] pre-
ter consuetudinem sit diminuta memoria, ei
nisi succurratur male egritudines timēdē sunt.
Lethargia scilicet, Epilepsia, apoplexa, para-
isis, exspectandę reliquæ huiusmodi, quæ
ex materia flegmatica, in cerebro multiplicata,
possunt in cerebro confilari. Quæ ex humili-
ditate aut ex frigiditate facilius aboleb[ur], quod
plerūq[ue] studiosis solet evenire, nam facilius
est exsiccare & tutius, sic & calefacere q[ue] eōs
era,

PRAECE PTA.

22

tra, præsertim in cerebro quod est principale membrum, & est frigidum & humidum, simili lapsus non est formidandus, ut dissimilis audientiusq; procedimus calefaciendo, q; infrigidando, membra enim principalia timemus magis infrigiditare, q; calefacere.

Curationem postremo inchoaturi sic exordiamur, Si cauſa habet materiam apostemam, cura apostematis ei adhibetur, velut iſa pientes medici ſuis locis, & nos in noſtra maiori Chirurgia vberius & fufus tradidimus.

Si autem materiam habeat, sed non apostemantem, ea digeratur ſoluaturq; ante q; appli- care remedia quis audeat, niſi enim expellatur materia, hec obesse ſæpe poſſunt, prodeſſe autem nunq;, medicamina vero ad hec eligēda erunt quibus peccantes humores purgen- tur, quæ non ſimul multam faciant vacuatio nem, quibus ſemper aliquid miſcendum quo- cerebrum roboretur crebrisq; potius q; ma- gnis vtendū purgationibus. Quod & in ea- pte ipſo vacuando, ſiue per caput purgia vo- cara, line per apophlegmatismos obſeruandis puto, vt igitur quātum ad hunc affectum ſpe- etat propositum priuatum exequamur, cuius cauſa haec tenus hunc laborem ſubiuimus, pi- tuitam primo ex toto corpore euacuabimus leui tamen ut diximus purgatorio, & quod robur

MEMORIAE

rorbur potius in membris relinquat, quā aut
ferat, id erit huiusmodi. Aloes cū succo Thys
mi Stæcade aut samsuci bene lotæ .3.i. agaric
ci trochiscati .3.ij. Masticis , Cinamomi , Cube
barum nucis miristicæ añ. gra. vi. Cum vino
aromatico odorato fiant pillule xi. quarū sex
primo in aurora deglutiantur cum sirupo de
sticados vocato, quinque alias ,tertia post pri
mas vespere, per horam ante cœnam, reliquæ
tertia a secundis vesperi sed duabus decœna
horis. At si forte vel præsentí medico vel ipsi
ægroto leuiores hæ pillulæ videbuntur, quā
ut cōgruam possint facere euacuationem, no
uem plus minusue diagridij grana adiçian
massæ, vesperi illius diei quo primum pillu
las accipiet, per horam ante cœnam semuncijā
huius miscellæ deglutiat Chebularum condi
tarum vnc. ij. corticum citri cond. vnc.i. pul
leris nucis miristicæ, masticis, thuris, an. scru
i. cum sirupo de sticad. vnc.i. & sem. Alijs autē
diebus ante prandium per horam eiusdem mi
scellæ vel huius sequentis tantundem accipi
et. Sume zachari rosacei vnc.iiij Sachari vna
cum floribus buglossæ cōcocti vnc.ij. corti
cis pomi citri sacharo conditi vnc.i. chebulæ
conditæ vnc. ij. cinamomi electi vnc.i. sanda
li, coralli, scilicet utriusq; croci margaritarū,
singulorum drachmam dimidiam auri argen
ti lin/

PRAECE PTA.

23

tis singulorum tertiam drachmæ partem, am-
bre, musci, vtriusq; grana duo, funde omnia si-
mul succo citri vel limōis Sacharo coctis. Sin
minus illa sufficerint, ad pilulas Indas & co-
chias Hieralogodionq; confugiendum præ-
terea ad hieram diaколоquintidos vel Archi-
genis vel Andromachi, vel Theodoriōis aut
ad pilulas Iudæi quas Mesues de capitib; do-
lore describit. Quod si natura etasue frigidior
re confectione illa Anacardina, q; Mesues sa-
pientum confectionem nominat, in Antido-
tario. Rursus Anacardina illa q; in capitulo
de obliuione ex sententia filij Zachariæ recē-
set. Da summo mane drachmam vnam, sed q;
eam sumit ab ira, coitu, ebrietate, labore, re-
busq; calidis eo die prorsus abstineat. Hæc q;
dem aduersus hebetudinē obliuionemq; va-
lentissima sunt. At vero si familiaria magis
optes da gingiber conditum sed modico thu-
re mixtum q; sensibus memoriæ magnopere
prodest, præsertim his adiectis scilicet melle
anacardi, melle chebularum acoro, cipero, nu-
ce muscata, cubebis, pipere, mastice, ambra, et
musco, in omnibus enim eligenda sunt quæ &
intentioni conferant, & a proprietate confor-
tant. Vniuerso corpore per hæc euacuato ad
capitis euacuationem accedendum, mane ie-

D iuno

MEMORIAS

iuno stomacho semidrachma sequentis pulue
ris per pennam vel canalem naribus insuffet.
Nucis muscatæ scrup. iiij. piperis longi scrup.
ij. elebori albi scrup. i. grana quincq. Omnia
in tenuissimum puluisculum redigentur cetera
rum post totius corporis purgationem apo-
phlegmatismis pituitā e capite detrahere pre-
stat, quæ in hunc modum conficiuntur. Reci-
pe piperis longi, nucis muscatæ drachmam se-
mis, staphisagriæ, radicum piretri, ana drach-
mam vnam, samsuci Thimi ana scrup. semis
sinapi scrup. i. trita in tenuissimum puluiscu-
lum, mastice & melle, formentur trochisci, in
formam Lupinorum quarum vna ad horę te-
re vnius medietatem commāducetur, purga-
tur etiam caput per ea medicamenta quæ ca-
pit purgia vocant quæ hoc modo conficiun-
tur. Recipe succi maioranæ, Brassicæ ana vn.
i. nucis muscatæ drach. i. & semis, musci grana
duo, inde per nasum summo mane tepidum
attrahatur ante cibum, ore pleno aqua frigi-
da, quæ postea exspuatur. Gargarismi etiam
hoc nomine adhiberi possunt, in hūc modum
confecti. Recipe Calami aromatici, pulegij,
hisopi, Thimi, ana pug. i. decoquatur in aqua
idoneę quantitatis, & vnc. quincq. adiice oxi-
mellis scyllitici vnc. i. semis, rosacei vnc. semis
misce

PRAECEPTA.

24

misce & tepidum gargarizetur, mane ieiuno
stomacho. Errhina etiam (Nasalia vocant) na-
ribus indita commodant, ut Recipe seminis
staphisagrie, pyrethri, piperis albi, ana drach.
semis, nigelle drachmam vnam, elebori albi,
scrup. semis, redigantur singula in puluerem
& cum Resina therebinthina, & Laudano siat
nasalia. Nasus quoque sepissime emungatur &
crebrius exspuendum, utilius est enim super-
fluitates exspuere, quam inglutire & deuora-
re, ne aut in stomachum, aut in pectus descen-
dant. Post hanc capitis ter quaterue, vel quo-
ties opportunum visum fuerit reiterata in pur-
gationem, cerebrum per sequentia auxilia ro-
borandum. Nares hoc vnguento illinendę.
Recipe olei despica odorati, vnci. vnam, Ga-
riophilorum scrup. i. ambræ, scrup. semis, mu-
sci grana quincq; cere albiss. quod satis est, cu-
ius etiam gutta auribus instillata ad idem co-
ducet. Conueniunt & embrochæ, sacculi, &
similia medicamenta, quibus discutiendi inest
facultas, totum corpus fricandū primo, dein
de caput, hoc enim plurimum confert capiti,
ut Cornelius Celsus ex Hippocratis sententia
scripsit, debet autem a tibijs incipi frictio, po-
stea paulatim superiora semper fricentur, ut
deorsum vertat materia, propterea cauendū

D ij ne

MEMORIAE

ne id fiat in pleno eacochimo & corpore, eius
de generis est & capitis pectinatio. Enitēdum
præterea summopere, ut excrementa omnia
quotidie expurgentur, tam ea quæ manifeste
per certos meatus exeunt quam quæ occulte,
ut superius dictum est, danda opera ut quoti-
die alius bis eat. Quod si sponte non fiat, iu-
uanda vel prunis in aqua mulsa decoctis, vel
capi iure cum Sacharo, vel iusculis ex attripi-
ce beta & maluis multo olio dulci conditus,
vel quod omnibus his efficacius est, vini fece-
tōtrita, aut sene folijs cum iure decoctis. Vni-
uersa autem hæc sunt ante alium cibum acci-
pienda, longe & melius esset, si qua morula in-
ter ea & prandium intercederet. Cauendum
autem, ne quoties desidēdi incessit cupiditas,
vel meiendi ob negotia differatur, summe em-
hoc capiti nocet, adeo ut quosdam vel ob so-
lam hanc cauissam pessimos incurrisse ac leta-
les morbos cognouerimus. Caput igitur secū-
dum cōsuetudinem semel ut minimum in se-
ptimana ablucndum, Lixiuio æstate mitiori
& in quo chamēmelon & rosæ bulierint, hie/
me fortiori ex chamēmelo & samplico & fi-
at hęc lotio mane stomacho vacuo, in aere ca-
lido & sicco non ventoso. Cum lixiuio sic pre-
parato. & Calami aromatici M.i.s. foliorum
lauri M.i. hisopi, origani ana M.s. hæccoquā-
tur

PRAECEPTA.

25

tur in aqua idoneæ quantitatis ex qua fiat li-
xiū cum cineribus Juniperi Lauri vel quer-
cus, & cum hoc Sapone caput confricet. Rx Sa-
ponis Gallici seu Venetiani solidi lib. iiij. Cala-
mi aroma. drachmas. iiij. Maiorane Thimi sti-
cad. arab. nigelle Gariophorum Cardamo-
mi ana drach. iiij. Radicis ireos vnc. i. misce fiat
puluis postea malaxa cum sapone & fiat mas-
se vel pilæ ad formam nucis maioris in fine
postea bene exsiccatur caput lintheis confricā-
do nec prope ignem, quia trahit vapores ad
caput, & cerebrum replet, Naribus etiam ad-
hibere odoramenta calida conuenit, aut po-
mum aliq. odoriferum conficiēdum, quod ta-
men ex calidioribus fiet hyeme, ex tempera-
tioribus & minus calidis in æstate, in hūc mo-
dū. Rx stira cis calamitis drach. iiij. Benzoī drac.
iiij. Gariophorum Macis, ligni aloes añ. dra.
s. Lauendulæ samsucci thimi añ. drach. i. Co-
riandri nigellæ añ. scrup. i. moschi ambræ añ.
grana. iiiij. Laudani puri vnc. iiij. Teratur om-
nia subtilissime & cum aqua Lauendulæ rosa-
cea vel maioranæ quod satis est fiat Pomum.
Optimum erit in frigido affectu oleum quod
sequitur, Rhesinæ terebinthinæ, si haberí po-
tuerit, vel eius loco Lariceæ lib. i. Laterum an-
tiquorum, post ignitionem in oleo olitarum
extinctorum, mastiches añ. vnc .i. Terantur
D iiij late-

MEMORIAE

Iateres, & cum rhesina bene commixti, modo
chymicis noto in vase vitreo optime incrus-
tato, igni clibani admoueantur, liquoresq;
qui manabunt seorsum colligantur. Tres em-
vario calore defluēt, quorum primus bonus
secundus melior, tertius optimus erit ad cale-
faciendum & robur præterea relinquendum.
Solent etiam fieri vnguenta ad illiniendum
multa. Verum hoc est præcipuum. Rx. olei phi-
losophorum mesue lib. iiij. olei antiquissimi o/
liuarum, aut si non habetur sit sublimatū, olei
de alchanna ana lib. iiij. pinguedinis talpæ mu-
stellæ & vrsi añ. vnc. iiij. Castorij vnc. semis, suc-
ci Bethonicæ lib. iiij. succus rorismarini Ma-
joranæ añ. lib. semis, Succi Gallitrici & cype-
ri ana vnc. iiiij. vini maluatici lib. iiij. aquæ vi-
tæ rectificate lib. medium, buliant omnia len-
to igne usq; ad aliquam consumptionem, po-
stea impone hæc. Rx. Laudani drach. iiij. nucis
moschæ vnc. i. Macis gariofilorū, Euphor-
bij, omnium piperum ana drach. iiij. singulis
tritis & commixtis, repone omnia simul in
vase vitreo optime incrustato & clauso per di-
es xxx. postea autem adapta alembicum &
igni clibani admoueantur & distillentur li-
quia ultimus melior est & calidior. Hoc vn-
guentum profecto est efficax, quo tempora et
posterior

PRAECEPTA.

26

posterior pars cerebri perungantur. Si bona
euacuatio & victus ratio præcesserit in hye-
me fieri potest semel in hebdomada, in æstate
sufficit semel in mense. Potest etiam & huius
olei esse usus, quod recipit, Radicū buglossæ & fu-
mi terræ ana vnc. iiiij. radicum ruthæ vnc. iiij. in
umbra prius siccata subtilissime terantur, suc-
ci gallitrici, succi eufragiæ, succi berbenæ ana
vnc. iiiij. medullæ anacardi vnc. i. testiculorū
arietis biennalis vnc. i. linguæ atris vnc. iiij. pin-
guedinis vrsi misce omnia in sartagine & fac
vngentum, quo posterior pars, & capitis pul-
sus ter in anno inungatur vere scilicet hyeme
& autumno, aliud præcipuum. Recipe gum-
mi hederæ vnc. i. terbentinæ loræ in vino de-
coctionis calami aromatici lib. iiij. florum ro-
rismarini. Saluiæ & Bethonicæ ana vnc. iiij. &
semis, florum hederæ vnc. i. salis gemmæ vnc.
semis, pinguedinis vrsi antiquatæ libram se-
mis, majoranæ, camomillæ ana vnc. iiij. omnia
mixta distillentur & quod distillatum est in va-
se vitro bene obturetur & cū musco aroma-
tizetur & usui reserueretur ut de priore linimē-
to dictum est.

Intra corpus post capit is purgationem in-
unctiones sacculos & similia medicamenta sup-
pducta, exhibentur cubebe sacharo obducti.

D iiij Con

MEMORIAE

Confectiones solide dia ambræ dia moschi, aromatici rosacei, diacumini, dia anthos, dia olibani, dia pliris theriaca vera, mithridatianus, tidotus, dia acori, conferuæ maioranæ, rorili marini, Bethonicæ, salutis, primulæ verispyoniæ, Lauēdulæ & eiusmodi Potissimum vero confectione Anacardina, quia confert obliuionis & caniciem retardat. Huius antidoti, Rasis libro divisionum duas ponit descriptiones verum Mesue cap. de iminutione memorie eius confectionem sic describit. Et corticū Miarabolanorum Luteorum (citrinos hodie nominant) ceruleorum (Indos appellant) cepulorum (chebulos vocant) empelitorum (emblicos nuncupant) belerzicorum (belliricos corrupta voce dicunt) ana vnc. iij. piperis, macrospicæ, cyperi, mellis anacardini aii. drach. v. mellis apum quod satis est, eius usus est post sex menses, quantitate iuube, sed caueat sumens a labore, ira & ebrietate, similem descriptionem ponit Aucenna. Serapio aliam trahit ut dicit a Salomone. Ponit aliam & Rasis nono Almansoris. Verum scribam recte magis ruitam, & ad memoriam maioris efficacius. Recipe nucis moschatæ, Gariofilorum, Zingiberis, omnium piperum aii. drach. iij. & dividiam Granorum Iuniperi vnc. semis. His periconis

PRAECEPTA

27

periconis, corticum citri, florum anthos, Ba/
siliconis, maioranae, menthae, pulegij, Raccas/
rum lauri, calamenti, spice, xiloaloes, cubeba/
rum, cardamomi, calami aromatici, sticados,
ana drach. i. thuris masculi vnc. i. Chamedry/
os, Camepithios, macis añ. drach. i. hisopis sic/
ce, radicis pyonis, cubebarum, schoenanti, se/
maratri, anisi, nasturtij, añ. scrup. i. Theriacæ
bonæ vnc. i. aquæ vitæ rectificate secundum ar/
tem quam capite de aqua vitæ descripsimus
in libro nostro de arte distillandi. *R.* eius lib.
vij. et impone predicta bene pistata & crybra/
ta in vase vitro bene obturato, & sine p dies
xi. fermentari postea vero alebico vitro ad/
dito & optime clauso luto sapientiæ ne odor
respiret, quater distilletur eam semper remit/
tendo super feces suas nisi quod in quarta di/
stillatione addatur, Corticum omnium Mira/
bolanorum ana cardorum ana drach. ij. & se/
mis, comisce bene & sine vt per dies sex quies/
cant, postea distillef primo lento igne postea
paulatim fortiore, videbis autem ter colorem
comutare, primo em erit vt aqua, postea sub/
citrina postremo aucto valde igne fiet citrina
debet postea vt ambra & musco aromatizet,
aqua prima erit remissior secunda, & confe/
ret incipientibus & æstate, secunda etiam re/
missior q̄ tertia que semper fortior est religs.

D v Mo

MEMORIAE

Modus utendie est vt bis in septimana accipiatur, coclear vnum in sero sine coena, aut summo mane stomacho vacuo, & sex horis a cibo abstinentum. Si etiam cum ea illiniastem pora & cellam memoriæ faciet mirabilia, & si Galenus dixerit non esse supra illam partem ponenda epithimata propter priuationem comissurarum sed supra coronalem, ramen de frigidis loquebatur quæ non penetrant & obsunt medullæ spinali, cuius isthie principium existit, calida autem & tam subtilia penetrant nec ledunt medullam spinalē, quanque non sit negandum quin etiam coronali imponi debeant. Caveatque qui his vitur ab ira, labore, repletione, & coitu, at etiam nisi prius facta evacuatione sufficienti. Hæc aqua habet & alias virtutes, confortat mirabiliter calorem naturalem ea propter vitam prolongat, bonum efficit colorem, frigidos morbos oppugnat & omnes morbos ex humorum putredine cauissatos sanat, & praecipue febrem quartanā paralysim spasmū & omnibus neuorum ægritudinibus frigidis confert, sanat nephriticos. Cum h̄js tamen iuuamentis habet & nocumenta quia inflammatum & excalfactum cerebrum habentibus, exhibericaute debet. Soleo & res varjs membris appropriatas imponere, & ad eorū morbos

PRAECEPTA

23

bos propinare & fœliciter quidem, verum in memoria augenda & cerebro roborando, mira res est. Sed Colericis, exercitatis & in aestate, & regione calida, caute exhibeat. Ita ut hepar epithimate contemperetur, quod tamē corpore repleto & cacochy mico epithimari non debet.

Laudauit Aucenna dya ambram alijs vero ut diximus vtrumq; dya muscum, dulcem videlicet & amarum. Ego autem soleo sic ordinare. Recipe specierum dya ambræ, dia musci dulcis ana scrup. i. & dimidiā, aromatici rosati pliris cum musco añ.scrup. ij.dya anthon, de gemmis añ.scrup. i. Cinamomi Maturis Cardamomi cubebarum ana scrup. i. Sandali citrini ligni aloes gariophilorum añ. scrup. ii. Thimi stichad. arab. añ. drach. semis Radicis pyonie scrup. semis. Sachari Candissimi lib. semis in aqua florum lilij conualij Lauendulæ rorismarini vel Majoranæ disoluti fiat confectio in rotulis. Licebit & hac confectione vti. Recipe radicum acori incisarum lib. ii. omnium piperum zingiberis añ. drachmam .iiij. Thuris masculi, drachmam vi. Nucis moschatæ Gariofilorum añ. drachmam vnam, pista omnia & melle apum confice. Si tamen adiicias species dya ambræ, si

&c

MEMORIAE

& muscum apponas non erunt inutilia. Hæc hactenus sufficient de cura eius, quæ a frigideitate & humiditate procedunt. Illa autem quæ efficit siccitas, digestione, euacuatione humectatione confortationeque perficitur quæ omnia quidem copiosius ab exercitatis medicis in suis libris, & a nobis in eo libro quem de curandis morbis cōscriptissimus, tradita sunt. Neglegent ut hoc loco scribantur præsertim cū sint rarissima, & vix nisi in senibus comperta. Seruentur igitur modi quos diximus, nisi quod cum rebus siant proportionatis.

Omnis nunc ni fallor intentiones vestigium, quæ in curando & præcauēdo sunt necessariæ, restat igitur ut debitam, & congruā uictus rationem instituamus, plerunque enim in hoc a medicis peccatur qui turbantē materia & peccantem euacuat quidem, quomo^{dum} autem altera similis generetur negligunt prouidere. Nos igitur nō id negligamus, immo diligentissime prouideamus. Quod ingenuet si canones. xij. seruabuntur circa cibum & potum.

Primus est, ut fugiatur rerum quarumlibet nimia repletio.

Secundus Canō est, ut cibus non capiatur nisi eo tempore quo fames yrgeat.

Tertius

PRAECEPTA.

29

Tertius est, ut omnia euaporantia replentia
& caput fugiantur.

Quartus est, ut brodalia iuscula omniaq; ni-
mis humida effugiantur quia humiditate au-
gent cuius exsiccationem intendimus.

Quintus est: ut quæ a proprietate nocent me-
moriæ dimittantur, nam cœpe hoc facit cū ha-
bitat humiditatē crassam, habet & coniun-
ctam caliditatem, quæ humiditatē fert sur-
sum, & facit penetrare in loca, in quæ non pe-
ntraret, omnia quoq; acrumina fugienda ve-
lia.

Sextus est, ut cruda relinquantur etiam si cū
acero comedantur.

Septimus est, ut leuis semper sit coena. Omnis
mala quoq; masticatio prava est.

Octauus est, ut omnis cibis in Coriandris fi-
niatur aut Iuniperis aut crusta panis supra q̄
non bibatur concedi quoq; post cibum solēt
piracotta aut citonia tosta quæ stomachum
claudant.

Nonus est: ut vinum vinosum effugiatur nā
nimis vaporosum est, fertq; ad caput indige-
stam materiam, & ad alia membra, & licet sic
calidum, frigidos tamen generat morbos, li-
cer sic causa bone digestionis magis sitim qe-
cans

MEMORIAE

transq; aqua, suffocat tamen virtutem præcis
puer si imoderate bibatur.

Decimus: acetum acutissimum & calidum sit
in usu exiguo cum cinamomo & ponatur in
vaseulo Calamus aromaticus & pulegium.
Undecimus omnia cibaria, quæ diu in stomacho
morantur effugiantur, ut caseus & omniæ
pinguia præcipue piscium pinguedo quia
succum flegmaticum generant.

Duodecimus, omnes nucleosi fructus solent
plurimum obesse ut nuces, auellane, Castanæ
& amigdalæ.

AER habet canones quinque. Primus ut
clarus sit, & luminosus, alter ut siccus quan-
tum fieri potest. Tertius ut non sit ventosus,
sed proprie fugiat austrum & boream. Quar-
tus ut aer habitationis depuretur ne villo-
mo-
do feridus sit aut corruptus, aperiantur fene-
stræ & suaue olentium rerum fasciculi com-
burantur ut Iuniperi, Lauri, Saluie, Origani
& similia. Quintus ut suffumigetur thure mir-
ra moscho & ambra & ex his confectis odo-
ramentis.

SOMNVS habet Canones sex. Primus
ut sit æqualis vigiliæ non in tempore sed in
effectu, ut scilicet tantum vigilia resoluat,
quantum somnus humectat & parum plus.
Alter

PRAECEPTA.

30

Alter ut meridie non fiat. Tertius ut non fiat cito post coenam, sed saltē intercedant horae. Quartus ut capite bene eleuato & coperto fiat, non tamen superflue, quia nimis a copertura caput debilitat resoluendo.

Quintus ut non sub radijs Lunæ, nec in loco ventoso. Sextus ut prius supra latus dextrum fiat, postea supra sinistrum postremo iterum super dextrum latus, & proderit in ore tenere frustrum nucis muscate.

MOTVS habet Canones sex. Primus ut ante cibum fiat. Secundus ut sit longus & pro corporis robore laboriosus, ut benes soluat. Tertius ut per loca amena & sicca.

Quartus ut post cibum non laboreat. Quintus ut omnes corporis particulæ simul exerceantur, simul ergo disputandum & inambulandum manusq; mouendæ. Sextus ut motus sit longus & quotidie fiat.

REPLETIO habet Canones duos. Primus ut nuncq; repleatur. Secundus ut omnem superfluitatem suis expellat temporibus, aut per seipsum, aut cum auxilio. Ita quod ab omnibus parte corporis vnde superfluitates mitti solent emittantur.

COITVS habet Canones noue. Primus ut sit rarus, & non nisi id natura sua sponte poscit.

MEMORIAB

poscit. Secundus ut non fiat stomacho replet
eo & distento. Tertius ut non fiat tempore fa
mis. Quartus ut fiat in fine digestiois. Quin
tus ut iam expulsæ sint superfluitates. Sextus
ut fiat cum propria vxore. Septimus ut post
ipsam dormias paululum. Octauus ut si tibi
coitu grauior factus videaris, ab eo abstine
as. Nonus ut non sit in vltimis diebus Lunæ
prope coniunctionem.

Accidentia animi tres canones continet.
Primus ut tristitia omnino effugiatur, alter
ut cura rei familiaris, quantum fieri po
test amoueatur. Tertius ut cogi
tatione & meditatione sci
entiarū oblectetur. Nā
apud Aristorelem
delectatio per
ficit opus.

AD OMNES SCOPOS SV,
perius dictos complendos, prædicta
quidem sufficere videntur. Vnus tamen
adhiuc superest quem supra omiseram capitis
scilicet & cerebri temperamenti, signa ac de-
prehensiones. Sunt autem genera quinque ipsi
us cognitio agnata, vnum quidem totius ca-
pitis affectio. Secundum autem sensiliū acti-
onum, virtus & vitium. Tertium vero agen-
dorum. Quartum porro principalium, & qn-
tum naturalium. At in his omnibus aliud ge-
nus extrinsecus aduenientium alteratio. Vni-
uersi ergo capitis affectio ex magnitudine, &
figura ipsius capitis & capillis. Exiguum igi-
tur caput improbi cerebri constructionis si-
gnum est, magnum autem non necesse est bo-
næ constructionis signum, nam si per robur sic
loci ambientis potestatis materiam multam
& utilem producentis egregium signum est,
sin autem ob materiæ solam multitudinem non
bonum. Quare diffinienda figura est eis, quæ
in ipso cognata sunt. Figura igitur sit cōcina-
na, semper enim hoc signum bonum est, & si
alia ossa bene disposita sint, & si neruosum
ipsi omne bene coaluit, & validum est. Sua ve-
ro capitis figura circum inuergens humeris
ante, & pone eque at oblōga quali ipsam pru-
dentem ante & pone dicas &c.

E Dc

De principalibus actionibus.

Principalium actionum virtus, & virtus
ut deprehendatur ab eodem sit principio,
sunt autem principales actiones a principio
factae solo. Astutia igitur tenuium partiū
essentiae cerebri deprehēsio est. Intelligentiae
vero tarditas crassarum partium, facilitas in-
genij facilem impressionem & memoria per-
mansionem significat, contra, difficultas capi-
endi & ruditas difficilem impressionem, sicut
obliuio, diffluxum, & mutabilitas quidem
lorem permanentia frigiditatem.

Temperati cerebri temperamenti deprehensiones.

Cerebrum igitur temperatum mediocriter
habet in actionibus animalibus, & redundan-
tijs quæcunq; per palatum, vel aures, vel na-
res purgantur, non offenduntur ab extrosus
aduenientibus quæ calfaciunt, & refrigerant,
& arefaciunt & humectant, talibus capitis pi-
li infantibus subrufti pueris autem subflau-
viris flavi inde crispescunt, nec satis facile cal-
uescunt, atq; hæc in locis temperatis intelli-
genda.

Calidioris cerebri signa,

81

Si calidius fuerit cerebrum, cuncta circa caput rubra, & calidiora erunt, & in oculis percipiuntur. Capilli his genitis repente in capite exoriuntur, quod si multo calidiores temperatis sint nigri, & multi, & crassi & duri, & multum quidem primo rutili inde nigrelcūt, procedente autem tempore caluescunt, superfluitates autem in palato, & naribus, oculis & auribus, paucæ, & molles, flaccideq; sunt cū sine menda bene ualent. Implet autem præcipue caput, cum sine obseruatione vitam ducunt, grauanturq; ad victum ingerentibus escis, & potionibus calidis, odoribusq; omnibus incidentibus, & adhuc magis, nisi sola fuit natura caliditas. Ceterum etiam humidus cerebrū, huiusmodi temperamenta breui somno, nec profundo sunt contenta.

Frigidi cerebri deprehensiones.

Redundantias plures hi in suis habent effluxibus, capilli ipsi sunt recti, & rufi, & santes, & diu postq; geniti euadunt tenues, & sine nutrimento primum facileq; a refrigerantibus cauiss offenduntur, & per idem tempus offenduntur a distillationibus, & obstipationibus narii capiuntur, quorū a calore nō leditur caput, necq; rubor appetet, in oculis venæ non videntur, magisq; omniculosi sunt.

E n Aridi

Aridioris cerebris signa.

Sine superfluitatibus in affluxibus, et inscen-
sibus magna coniectura huius temperamen-
ti. Sunt autem vigilacissimi, & capillos habet
validos, & cito euadunt geniti crassi, potius
recti, coeleriterq; caluescunt.

Humidi cerebris signa.

Quod si capitū affuerit humiditas, capilli
simplices necq; prorsus caluescunt, & sensus ca-
liginosi sunt, & superfluitatū multitudo, som-
niq; multi, & profundi, ipsq; quidem simplices
distemperantiae.

Calidi & humidi cerebris signa.

Sic caliditati accedat humiditas, excedenti-
bus ambobus breuis quedā si fuerit temperis
es, color bonus adest, & caliditas, & in oculis
venæ magnæ & superfluitates plures medio-
criter flaccidæ, & capilli recti, & subflavi, nec
facile caluescunt, implentur autem & grauan-
tur capita calecentium cum plurima humidis
tas & caliditas accedit. Morbosum his caput
& superfluis repletum, facileq; ab humectan-
tibus, & calefacientibus offenditur. Austeris
plis semper infestissimus pulcherrime autem
degunt sub boreis ventis, at multum vigilare
non queunt, somno sese versant, vndosi par-
ter

ter sunt & vigilaces, imaginū in somnīs sunt multarum, visiones habent caliginosas, & sensus non habent satis integros, quod si alterum superarit temperamentum, cum magis ista deprehendentur.

Calidi & aridi cerebri signa.

Sunt minime redundantes, & sensibus integrī, & minime somniculosi, citoq; caluescūt. Primus itaq; ortus capillorum celerrimus est & bene coalescēs, nigri capilli, crīspiq; sunt & calidi lambunt caput rufi etiam ad tempora vīq; pubertatis.

Frigidi & aridi cerebri signa.

Frigidum & aridum efficit ipsum caput tēperamentum quantum in ipso est, alteratur enim aliquando per se in toto corpore humorum temperamento. Confestim autē non huiusmodi temperamenta cītra lōsionem, in oculis prominentes venas non habēt, at a frigidis caussis haud quaq; difficulter leduntur, ideo etiam inēqualiter sani sunt tales quādōc; enim capita habent īanissima, affluxibusq; sunt minime redundantes aliquando autē distillationibus, & narium obstipationibus paruis de caussis capiuntur at sensus quidē ipsiſ in iuuentute quidem integrisunt, & illeſi pror

Et iñ sus,

sus, at progredientes cito deflorescunt (ut pati
cis colligam) confessim senescunt, ideo etiam
cito canescunt capilli, parumq; procedunt si-
ne nutrimento, & flavi procedente ætate fri-
giditate in ipsis plus dominante, quam aridi-
tate, hi parum caluescunt, sin autem ariditas
dominetur, paulatim caluescunt.

Frigidi & humidi cerebris signa.

Humida & frigida temperamenta cerebri
sopitis efficiunt somnulentos, & malos sensi-
bus, & superfluentes frigore effectos, plenū su-
perfluitatibus caput, distillationibus & obsti-
pationibus narium obnoxias, hi neutiquam
caluescunt.

Problemata seu phisicæ questio[n]es que ad caput & cerebrum p[er]tinent.

Cur multa dormitio, & vigilia, multa plu-
ma ac frequens grauitatem capiti inuehit?
Nec dicendum quod quia excessus viciosum
corpus reddat, neq; id est, quod querimus, qd
sit quod ex contrarijs caput vicietur, sed cur
idem easus ad vnguem adueniat, ex vigilia
& multa dormitione propemodum contrarijs
qualitatibus offendatur? Dicendum igit[ur] hoc
ex multa euenire dormitione, qd ad cerebrum
multa emitatur materia, quæ difflare nō pos-
sic

Ita ob densitatem, quae ex somno multa in vigilia vero multa iugicq; id quoq; efficitur, hac nempe de causa, quod attenuatis materijs ex actionibus, que in vigilia fuere ut vaporess, q; adam in sublime attolluntur, ita in caput, euenienter frequenter, ut attenuata materia ex vehementi vigilia nutrimenta iuxta proportionem suam non digerant in sua membra, sed revertantur in id, quod corruptum sit. Proinde cum caput vaporess petuerint, non ob multitudinem modo grauitatem, & pondus capiti inueniunt, sed etiam in deteriorius conueretur nutrimentum, inde enim sunt plerumq; tertianæ febres, præcipue iuuenibus.

Cur vigilantes in lumine Lunæ utruncq; in eo plurimum versantur non tamen offenduntur at in eo dormientes capite aggrauant ac dense faciūt, hoc namq; experientia dinoscit, quanq; lunare lumen caliditatem mixtā humiditati habet, ex sole namq; nobis licet inteligeret, lumē ipsius vim habere calidam, cum sol sit calidus, cumq; etiā lumē omne calefiat, qua terus lumē, qua parte em solē spectat, ea semper lucet, humiditatē porro habere ipsam naturalem manifestū est. At quidē est qd calor cum humiditate grauet caput eorum, q; sub ipso dormiant, nā poterat contra etiā fieri, cum virtutq; dimicet caput & vel certe hoc accidit dormientibus,

E iiiij. plage

plage formam subeantibus, incidente & qua-
si percutiente lumine implicatur grauitati,
qua ex humiditate quemadmodum qui du-
cili aqua asperguntur. His namque ob aspergi-
nem plagiōsi fiunt fluxus, ut dense faciant ma-
gis, vel arefaciant admittuntur. Ita igitur &
in Lunae sit lumine, cum grauitate decidentis
iam dicta caussa, caput densescit & agrava-
tur coadiuuante ex somno densitate.

Cur cerebrum ad frigiditatem vergere su-
perne positum, cor calidum & succensum sub-
ter Deus Optimus Maximus constituit vo-
luitque. Nempe quod caput cœlestibus globis
fecit consimile, in summa corporis arce collo
cauit, ut præcipui sunt in cœlo motus duo,
vnus semper idem & sibi similis a primo mo-
bili. Alter varius, ac multiplex qui planetar-
um, ita in capite rationis motus qui sibi sem-
per constat, alter sensuum, qui varius, qui in
diuersam trahitur, ut septem in cœlo errati-
cœ stellæ, ita septem in capite meatus, ut aquæ
fidei nostræ testimonio in cœlo sunt ultimo,
ut in supremo Saturno frigiditas, quo solisti-
peretur caliditas ita in capite cerebrum frigi-
dum natura factum pariterque humidum, ne
animal cordis caliditate absumatur. Aliter ca-
loris natura ascendere. Frigoris autem desces-
dere, cor subter collocatum. Superne vero ce-
rebrum

tebrum quoniam omnis excessus, & omnis
inopia morbum gignit. Mediocritas vero
moderamen sanitatemq; aduehit, ob hoc De
us rerum opifex optimus solus, frigus super-
ne collocauit, quod in corpus reliquum natu-
ram habeat descendendi. Calore vero in me-
dio corpore posuit ad concoquendum cibū,
qui in omnes partes distribuendus fuerat, &
in ea potissimum parte, quæ fuit oculosa, cū re-
liquæ partes sua mobilitate calorem sibi inue-
niant, isq; calor sursum ex corde feratur, ita
ex utriusq; frigiditate & caliditate fuit tempe-
ramentum corporis, quod si in capite calor fo-
ret, fero ille fuerat inutilis &c.

Cur & quomodo somnus, & cur dormien-
tes vires amittunt, & vires amitterentes procli-
uius conspiuntur? sit sane somnus humecto
cerebro, & humidioribus vaporibus & sens-
sus de sensu implet humorum. Ex somno vi-
res amittimus quod cerebrū humectum ner-
uos dissoluit, nam illinc dimittuntur. Ex debi-
litate vero dormimus quod humiditas in cor-
pore gignatur, et vires amittamus ea cerebro
insurgit, & dormimus.

Cur ex prunis, carbōibusq; ardentibus ca-
lor, capitis fere exuscitat dolorē, ex lignis au-
tem non ita? quod a carbonibus ob redundā-
tem calorem fumus quadam densecat calidi-
tate.

E v tate.

ate. Lignorum autem humescat, quod vel ex fumo licet intueri, fumus siquidē in lignis index humoris est. Expedit ergo carbones aliquantulo vino extingue, ne ex eis cōsequatur aliqua pernicies.

Cur vinum magis quam alia calida ebrium facit? Quod calidum est & tenue, & p̄sterea humidum, celeriterq; modificationem digestionemq; inuenit per membra incoctam vaporum, & cerebri cauitates implendo, ebrium reddit, alia vero semper calida sunt, concurrentem neutram habent humiditatem, ac tenuitatem, sed crassa & grauantia tarde refurunt. Concocta ideo seram modificationem inconcoctam vaporum habent, ac non ebrietatem pariunt.

Cur ebriorum lingua balbutit? Nempe quod ex plurima vini exhalatione cerebrum impletatur, & arefaciat continuos, & complexos linguam musculos, & fere faciat vacuos, ac solutos, deinde ex plurima solutioe, & relaxatione deartuata, loquitur truncata, & mutilata laxitatem male reuoluta.

Cur ebrijs si obmutescant aduentante spasio moriuntur nisi febris aduentarit? Nempe, crapula cerebrum humoribus complexat superfluis cunctis est manifestum. Si ergo obmutescant ebrj, significatur cerebrum impieri,

Pleri, eum spasmo coripi necesse est. At spasmus inquit Hippocrates a plenitudine exoritur, q; si febris aduenerit bonum sit, quan- doquidem superfluos distrahit humores, exinanitq; cerebrum totumq; corpus a gravitas teliberat.

Cur inquit Hippocrates diacopē cerebrū si subierit febrim aduenire, & bilis vomitum necesse est, diacopem obstructionem opilatū onemq; hic vocat Hippocrates. Cerebrum namq; fumida & crassa obstipante materia, non habet vnde moderatum insitum calorē diuoluat. Redēste namq; in cerebrum cognato calore, & occurlante rursus ei frigore moderata constituitur caliditas, & reliquis poro calor occurrit, & duplicatur, duplicatisq; adhuc impletur, & plenitudinem ad bilis vomitum agit ita nimirum febrium quoq; fuscitatio &c.

Cur qui balbi sunt profluvio, quod diar, rhæam vocant græci frequenter capiuntur. Nempe quod balbutientes ex cerebri humiditate ac frigiditate id subeant. Illinc namducuntur nervi, qui ex humiditate exoluuntur, nec bene sunt accommodati vocis instruimento, eodem de causa etiam profluvio capiuntur. Nam cum frigidum & humidum sacerdotis cerebrum, iecur ab ipso eam sumit propria

proprietatem, ac refrigeratur reddita caliditate admittendoq; frigiditatem, frigefit. Infirma vis alterandi & concoquendi fieri incipit, reliquum est, ut profluuum alui fiat, cum nō bona fuerit concoctio ceteris infirmitate. Qd^e autem ex redditione caliditatis transsumens iecur cerebri frigiditatem fiat infirma exemplo licet nobis intueri. Nam quemadmodum si quis candelam, funaleue extinxerit, fumida ipsius evaporatio in candelam, funaleue incensum, & flagrans concendendo vim habet sese succendendi & ignem admittendi, ita in frigiditate exhalatio iecoris facta transsumit frigiditate, excipitq; in sese.

Cur febricantibus tam aqua quam vīnū suo tempore non data delirium iuscitant? Nempe q; vino multiplicetur calor, impleturq; cerebrum, aqua vero meatus, densecant obstruantur, & torpescant, nec exhalare sinat, distracti hiq; vapores, & rursus cerebrum impletur, vnde cauissa deliriū est, vel sicut in ignem infusa aqua pauca ipsum succedit, ita morbi cauissam iuscitat aqua pota, euolant esq; in cerebrum vapores morbos intendunt.

Cur delirio correpti phreneticiciq; exiguo^{a me} habent pulsus Lethargici vero uehementis sunt pulsus? Quoniam phreneticci vt plurimū

a melancholico humore ægrotant, at qui Melancholicus humor frigidus & aridus est, ita dem etiam cerebrum frigidum est. Succendente autem cerebro eo humore, frigiditas multiplicatur, corq; implet frigidissimo spiritu cerebrum, & perinde a frigiditate occupatum, exiguum tenuemq; pulsus motum facit. Verum Lethargici a flava potius bile ægrotant. Impletur namq; ipsorum bile cerebrum cor, q; spiritum calore succedit, & ob hoc multiplicita caliditas vehementem pulsus motum facit &c.

Cur mulier pudibundis perturbata si diffis culter pariat sternutamento aduentante fuerit bonum? Nervosa certe vulva, at qui nervosa omnis natura e cerebro dimittitur. Cerebrum igitur redundantis impletur quibusdam, in partescq; pudibundas sua dimittit mala. Sternutamento igitur aduentante distrahitur cerebri redundantiae, simulq; caput liberatur, & pudibunda doloribus leuantur, quod difficiliter parienti bonum est, quod intus dilatet sternutamentum musculosas copulas, meatusq; raros efficiat, id propterea bonum, quod significet placidam remissionem angustarum copularum per sternutam et latitudinem extipientium,

Vnde

Vnde tristantibus lachrima generatur &
eur læti fleunt. Contentus humidus spiritus
& calidus collectionem meatuum in intesti-
nis, & corde in cerebrum conscendit illicq; re-
soluit humores, ac ex oculis effluere compel-
lit, ex læticia vero plurima diffusio cerebri
q; meatuum latitudine lachrimæ stillant, ap-
tis ipsis meatibus. Sunt qui tristati non fleat,
quod superfluum calorem cum humore non
habeant, seu quod angustos cerebri meatus
habeant, velut quidem, quoniam spiritus est
męror, morbus decurrit in cerebri tuni-
cam meninga nominatam, & sta-
tim comprimit ibi inheren-
tem humorem, idem
letis fit &c.

Finis.



